Ad primum sic proceditur videtur quod contricio non sit dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi et satisfaciendi ut quidam diffiniunt quia secundum Augustinum in libro de civitate dei dolor est de hiis que nobis nolentibus acciderunt sed peccata non sunt huiusmodi ergo contricio non est dolor pro peccatis. Item contricio nobis a deo datur sed quod datur non assumitur ergo contricio non est dolor assumptus. Item satisfaccio et confessio sunt necessaria ad hoc quod pena remittatur que in contricione remissa non fuit sed quandoque tota in contricione remittitur ergo non est necessarium quod contritus semper habeat propositum confitendi et satisfaciendi. Sed contra est ipsa diffinicio. Respondeo dicendum quod inicium omnis peccati est superbia per quam homo sensui suo inherens a mandatis divinis recedit et ideo oportet quod id quod destruit peccatum hominem a suo sensu discedere faciat. Ille autem qui in suo sensu perseverat rigidus et durus per similitudinem vocatur. Unde et frangi dicuntur aliqui cum a suo sensu divelluntur. Sed inter fraccionem et comminucionem sive contricionem in rebus materialibus unde hec nomina ad spiritualia transferuntur hoc interest ut dicitur in 4° metheororum quod frangi dicuntur aliqua quando in magnas partes dividuntur sed comminui vel conteri quando ad partes minimas reducitur quod in se solidum erat. Et quia ad dimissionem peccati requiritur quod homo affectum peccati dimittat per quem quandam continuitatem et soliditatem in sensu suo habebat ideo actus ille quo peccatum dimittitur contricio dicitur comparative. In qua quidem contricione plura inveniuntur scilicet ipsa substancia actus modus agendi principium et effectus et secundum hoc inveniuntur diverse diffiniciones contricionis date. Quantum enim ad ipsam substanciam actus datur predicta diffinicio et quia actus contricionis est actus virtutis et est pars penitencie sacramenti ideo manifestatur in ipsa diffinicione inquantum est actus virtutis et per hoc quod ponitur genus ipsius scilicet dolor et obiectum per hoc quod dicitur pro peccatis et electio que requiritur ad actum virtutis in hoc quod dicitur assumptus. Sed inquantum est pars sacramenti per hoc quod tangitur ordo ipsius ad alias partes cum dicitur cum proposito confitendi. Alia etiam diffinicio invenitur que diffinit contricionem secundum quod est actus virtutis tantum sed additur ad predictam diffinicionem differencia contrahens ipsam ad specialem virtutem scilicet penitenciam dicitur enim quod penitencia est dolor voluntarius pro peccato puniens quod dolet se commisisse in hoc enim quod additur punicio ad specialem virtutem contrahitur. Alia autem diffinicio invenitur Ysidori que talis est contricio est compunctio et humilitas mentis cum lacrimis veniens de recordacione peccati et timore iudicii et hec quidem tangit racionem nominis in hoc quod dicit humilitas mentis quia sicut per superbiam aliquis in suo sensu dicitur rigidus ita per hoc quod a suo sensu contritus recedit

similiter tangit eciam modo ad
teriorem in 4to quod dicit Cor lace
ratum et principium conversionis in 3o
quod dicit. Gemens de recordacione
peccati etc. Alia ponitur verbis Augustini
que tangit effectum contricionis
que est Contricio est dolor remit
tens peccatum Alia ponitur verbis
Gregorii que talis est Contri
cio est humilitas spiritus adnichilans
peccatum inter spem et timorem et hec
tangit totum nomine Quiscumque dicit
hec contricio est humilitas spiritus et
effectus eius similiter quod dicit adni
chilans peccatum et originem in 3o
quod dicit inter spem et timorem. ut
enim ponit causam principalem
que est timor sed etiam eciam
que est spes. Sine qua timor de
sperationem facere posset. Ad primum dicendum
quod omnia peccata quecumque accidunt vo
luntaria fuerint quando dicitur quod
tercium consequentia voluntaria non
sunt et ideo nobis volentibus acci
dunt non quamvis secundum voluntatem
quia tunc habemus ea volebamus
et secundum illam quod nunc habemus quam
vellemus quod numquam fuissent. Ad 2m dicendum
quod contricio est ab eo solo quantum ad
formam qua informatur sed quantum
ad ipsam actus soli eius et ab eo quod
operatur in omnibus operibus et ideo et
voluntatis. Ad 3m dicendum quod contricio
tota pena possit per contricionem di
mitti tamen adhuc necessaria est confes
sio et satisfactio tum quia homo non
potest esse certus de qua contricione suf
ficit ad totum tollendum sufficien
ter quia confessio et satisfactio sunt
in precepto unde transgressor con
stitueretur si non confiteretur et non
satisfaceret

Ad 2m sic proceditur videtur quod
contricio non sit actus virtutis pas
siones enim non sunt actus virtutis
quia eis non laudamur nec vitupe
ramur ut dicitur in 2o ethicorum sed

dolor et passio Cum ergo contricio
est dolor videtur quod non sit actus virtutis
2o preterea contricio dicitur a terendo ita
et attricio sed attricio non est actus
virtutis ut ab omnibus dicitur ergo
neque contricio. Sed contra quod non est meri
torium nisi actus virtutis sed contricio
est actus quoddam meritorium ergo actus
virtutis Respondeo dicendum quod contricio secundum proprietatem
nominis sui non est actus virtutis
sed potius quedam corporalem
passionem sed hic non querimus
sit de contricione sed de eo ad quod
significandum hoc nomine per similitudinem
adaptatur sicut enim ipse vol
untatis ad malum faciendum impor
tat quantum est de se malum conge
nere ita illius voluntatis con
trarius actus et commixtio eciam de se
importat bonum congenus quia hoc
est detestari propriam voluntatem
qua peccatum est commissum et ideo contricio
que hoc potest importat aliquam recti
tudinem voluntatis et propter hoc est
actus virtutis illius cuius est pec
catum per ea detestari et destrue
re prius ut patet solvens que in
[illegible]. Ad primum ergo
dicendum quod in contricione est duplex
dolor Respectu primus in parte sen
sitiva que passio est et hec non est essen
cialis contricio prout est actus
virtutis sed magis effectus eius
sicut enim prius virtus exteriorem pe
nam pro corpore infligit adecquam
peccatorum offensa que in dili
gencia est ofcius membrorum ita et
ipsa pena interior dolor peccati quia
ipsa eciam ad peccata comparatur et in
dolor hoc potest intensive adhortamini
quantum est potest satis quia sacra
menta non solum in superioribus
actibus eciam in exterioribus et
in rebus sensibilibus nata sunt
esse Alius dolor est in voluntate
qui nichil aliud est quam displi
cencia alicuius mali secundum quod

affectus voluntatis nominatur commune passionum ut in 3 d. xxvi dictum est et sic contritio est dolor pro peccatis et est actus virtutis penitentie.

Ad 2 dicendum quod attritio dicit accessum ad perfectam contritionem unde in corporalibus dicuntur attrita que aliquo modo sunt diminuta sed non perfecte. Sed contritio dicitur quando omnes partes simul sunt comminute. et ideo significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis sed non perfectam, contritio autem perfectam.

Ad 3m sic proceditur videtur quod attritio possit fieri contritio. quia sic differt attritio a contritione sicut formatum ab informi sed fides informis fit formata ergo attritio potest fieri contritio. Preterea materia recipit perfectionem remota privatione sed dolor se habet ad gratiam sicut materia ad formam quia gratia informat dolorem ergo dolor qui prius erat informis culpa contrahente que est privatio gratie remota culpa recipiet perfectionem informationis a gratia et sic idem quod prius. Sed contra quorum principia sunt omnino diversa non potest fieri unum ex altero. sed attritionis principium est timor servilis, contritionis autem timor filialis ergo attritio non potest fieri contritio. Respondeo dicendum quod super hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quod attritio fit contritio sicut fides informis fit formata. sed hoc non videtur quia quamvis habitus fidei informis fiat formatus nunquam actus fidei informis fit actus fidei formate quia actus ille informis transit et non manet adveniente caritate. Attritio autem et contritio non dicunt habitum sed actum tantum. habitus autem virtutum infusarum qui voluntatem respiciunt non possunt esse informes cum caritatem consequantur ut in 3 li. dictum est. unde antequam gratia infundatur non est habitus a quo actus contritionis possit elici et sic nullo modo attritio potest fieri contritio et hoc est quod alia opinio dicit. Ad primum ergo dicendum quod non est simile de fide et contritione ut dictum est. Ad 2m dicendum quod remota privatione materia que manet perficitur adveniente forma sed materia illa sed dolor ille qui erat informis non manet caritate adveniente et ideo formari non potest. Vel dicendum quod materia essentialiter non habet originem a forma sicut actus habet originem ab habitu quo formatur unde non est inconveniens materiam informari aliqua forma de novo qua prius non informabatur sed de actu est impossibile sicut impossibile est quod aliquid idem numero oriatur a principio a quo prius non oriebatur quia res tantum semel in esse procedit.

## Deinde considerandum est de obiecto contritionis

Circa quod queruntur sex. Primo utrum homo debeat conteri de penis. Secundo utrum de peccato originali. Tertio utrum de omni actuali commisso. Quarto utrum de peccato actuali committendo. Quinto utrum de peccato alieno. Sexto utrum de singulis peccatis mortalibus.

Ad primum sic proceditur videtur quod homo debeat conteri de penis et non solum de culpa. Augustinus enim in libro de penitentia dicit consideret vitam etiam deplorat ut eius que vite mortalis peniteat. sed mortalitas vite quedam pena est ergo de penitentia etiam de penis conteri debet. Preterea supra habitum est ab Augustino quod penitens debet dolere quod virtute se privavit. sed privatio virtutis quedam pena est. ergo contritio est dolor etiam de penis. Sed contra nullus id de quo dolet sed penitens secundum suum nomen penam tenet. ergo non dolet de pena et sic contritio que est dolor penalis non est de pena. Respondeo dicendum quod contritio importat ut dictum est aliquid durum et integrum comminutum. Que integritas et duritia invenitur in malo culpe quia voluntas que est causa eius in eo qui male agit in suo stat nec precepto legis cedit et huiusmodi mali displicentia contritio per similitudinem dicitur que similitudo non potest adaptari ad malum pene quia pena simpliciter dicit diminutionem

et ideo dolor actualis potest esse dolor
sed non contritio. Ad primum dico quod pe-
nitentia secundum Augustinum debet esse de hac
mortali vita non ratione ipsius mor-
talitatis nisi per quandam largam dicitur
omnis dolor, sed ratione peccatorum ad que
compellimur huius vite defectu-
ositate. Et dico quod ille dolor quo quis de
admissione licitis per peccatum non est
penitentia ipsa contritio sed esse potest
principium eius, sed aliquis indolescit de
preteritis aliquibus propter bonum quod inde
prevenerit, ita indolet de volendo de
aliquo propter malum quod inde contingit.

Ad secundum sic proceditur.

Videtur quod contritio esse debeat de
originali peccato. Eo quod actuali con-
teri debemus non ratione actus in quantum
est ens positivum sed ratione deformi-
tatis, quia actus secundum substantiam suam
est bonum quoddam et a deo. Sed peccatum
originale deformitatem habet sicut
et actuale. Ergo de eo etiam con-
teri debemus. Preterea peccatum originale ho-
minem avertit a deo aliquo modo quia pena eius
erat carentia divine visionis per
culpam, debet displicere sibi homini a deo
aliquem. Ergo homo debet habere displi-
centiam peccati originalis et per consequens
de eo conteri. Preterea medicina debet
esse proportionata morbo, sed peccatum
originale sine nostra voluntate con-
tractum est; ergo non requiritur quod per ac-
tum voluntatis quod est contritio ab
ipso purgemur. Respondeo dico quod contritio est
dolor ut dictum est respectu et que-
dam modo committens voluntatis [illegible]
[illegible] et ideo solum de illis peccatis potest
esse contritio que ex [illegible] nostre voluntatis in
nos provenerunt. Et quia peccatum ori-
ginale nostra voluntate non est
inductum sed a vitiata natura con-
tractum, ideo de ipso non potest
esse contritio proprie loquendo sed dis-
plicentia potest esse de eo vel dolor
[illegible]. Ergo dicendum quod contritio non
est de peccato ratione sui actus [illegible]
debet non est nisi de malo [illegible]

[illegible] ratione deformitatis, tamen quia de-
formitas [illegible] non dicit rationem culpe
sed aliquam importat penam. Debet autem
de peccato esse contritio in quantum impor-
tat utramque deformitatem scilicet actum
voluntatis prevenientem. Et hic non est
in peccato originali et ideo de eo non
est contritio. Et per hoc dico ad secundum quod
aliquis voluntatis est in eum debet
contritio.

Ad tertium sic proceditur. Videtur
quod non de omni actuali peccato con-
tritio debeat haberi, quia
contraria contrariis curantur, sed aliqua
peccata per tristitiam committuntur sicut ac-
cidia et invidia. Ergo medicina eorum
non debet esse tristitia que contritio est sed gau-
dium. Preterea contritio est actus voluntatis
que non potest esse de eo quod cognitioni
non subiacet. Sed quedam peccata sunt
que in cognitione non habemus sicut
oblita. Ergo de eis non potest esse con-
tritio. Preterea per voluntariam contritionem
delentur ea que per voluntatem committuntur,
sed ignorantia voluntarium tollit
ut patet per philosophum in 3 ethicorum. Ergo de his
que per ignorantiam accidunt non debet
esse contritio. Preterea de illo peccato non debet esse
contritio quod per contritionem non tollitur,
sed quedam peccata non tolluntur per
contritionem sicut venialia que ad-
huc post contritionis gratiam manent.
Ergo non de omnibus peccatis potest debet
esse contritio. Sed contra contritio est me-
dicina contra omnia peccata actualia,
sed contritio non est aliquorum quorum non
sit contritio que est prima pars [illegible]
ergo de omnibus peccatis debet esse
contritio. Preterea nullum peccatum remitti-
tur quin iustificetur, sed ad iustificationem
requiritur contritio ut supra dictum est.
Ergo de quolibet peccato conteri debet. Respondeo dico
quod omnis actualis culpa contingit ex quod
voluntas legi dei non cedit vel eam
transgrediendo vel omittendo vel
preter eam agendo. Et quia durum
est quod sic potenti [illegible] ut non facile
[illegible], ideo in omni actuali peccato

dicenda quedam est voluntas et
ipse et si debeat peccatum curari opus
quod per contritionem commissum remit
tatur. Ad primum ergo dicendum quod sicut ex
dictis patet contritio opponitur peccato ex
parte illa qua electa voluntas pro
dit non sequitur impedimentum sine
no autem ex parte causae quod est in po
testate animae quod est id super quod cadit electio
cadit autem voluntas. Electio non
solum super actus aliarum virium quibus
voluntas ad suum finem utitur sed etiam
super actum ipsius voluntatis eum
vult se velle aliquid et sic electio vo
luntatis cadit super dolorem in quantum
tristitia que intelligitur in peccato mordet
et quia si dolor se sit in seipso sine
in ipsa voluntate et ipse opponitur
contrariis dolor opponitur. Ad secundum
dicendum quod oblivio de aliquo potest esse dupliciter
aut ita quod totaliter a memoria excidit
et tunc non potest de eo inquirere illud
ita quod primum a memoria excidit et
peccatum manet sicut cum recolo me
aliquid audisse in generali sed ne
scio quid in speciali et tunc requiritur
memoria ad recognoscendum. Et secundum
hoc etiam aliquod peccatum potest esse oblitum
dupliciter aut ita quod in generali in me
moria manet sed non in speciali et
tunc debet recogitare homo ad in
veniendum peccatum quia de quolibet peccato
mortali tenetur homo specialiter confi
teri. Si autem invenire non potest suf
ficit de eo confiteri secundum quod in me
moria tenetur et debet homo non solum
de peccato sed de oblivione eius dolere
que ex negligentia contigit. Si autem
peccatum omnino a memoria exciderit
tunc ex impotentia faciendi excusatur a debi
to et sufficit generalis contritio de
omnibus eo quod deum offendit. Sed
quando impotentia tollitur sicut cum ad me
moriam revocatur peccatum tunc tenetur
homo specialiter conteri. Sicut etiam
est de paupere qui non potest solvere quod
debet excusatur et tamen tenetur cum primo po

tuerit. Ad tertium dicendum quod si ignorantia
omnino voluntatem tolleret male
agendi et non esset peccatum. Sed quia
non totaliter tollit voluntatem et
tunc actus non excusat sed attenuat
et ideo de peccatis ignorantie quibusdam
debet homo conteri. Ad quartum dicendum quod
per deletionem mortalis potest remanere
venialis sed non per contritionem venia
lis et ideo de venialibus etiam debet
esse contritio eo modo quo est peni
tentia sicut supra dictum est.

Deinde quaeritur sic procedit. Videtur quod
etiam de peccatis futuris aliquis
debeat conteri. Contritio enim est ac
tus liberi arbitrii. Sed liberum arbitrium magis se extendit
ad futura quam ad preterita quia electio
que est actus liberi arbitrii est de contingentibus fu
turis ut dicitur 3o ethicorum. Ergo contritio
magis est de peccatis futuris quam de preteritis.
Praeterea aggravatur peccatum ex effectu
quem consequitur. Ideo Ieronimus dicit quod pena Arrii non
dum est terminata quia adhuc est pos
sibile aliquos per eius heresim ruere
quibus ruentibus per eius pena
augetur et similiter est de illo qui in
dicitur homicida si letaliter percussit
etiam antequam percussus moriatur sed
in eo intermedio debet peccator conteri de
peccato. Ergo non solum secundum quod est quan
titas actus sed etiam secundum quod est quan
titas effectus et sic contritio respi
cit futurum. Sed contra contritio est pars penitentie
sed penitentia semper respicit preterita ergo
et contritio et sic non est de peccato fu
turo. Respondeo dicendum quod in omnibus motoribus
et mobilibus ordinatis ita est quod mo
tor inferior habet motum proprium et
sequitur in aliquo motum superioris
motoris sicut patet in motu planeta
rum qui preter motus proprios sequuntur mo
tum primi orbis. In omnibus autem vir
tutibus moralibus motor est ipsa pru
dentia que dicitur auriga virtutum
et ideo quelibet virtus moralis cum mo
tu proprio sequitur aliquid de motu prudentie
et ideo cum penitentia sit quedam virtus
moralis que est pars iustitie cum

actu ipso consequitur prudentie mo
tiuum. Primus autem actus eius est in ob
iectum primum quod est peccatum commissum
et ideo actus eius principalis scilicet con
tritio secundum quod principaliter respicit
in peccatum preteritum sed ex consequenti respicit
peccatum futurum secundum quod est aliquid de
actu prudentie adiuncte et tamen in
id futurum secundum quod est aliquid de
actu prudentie adiuncte et tamen in
illud futurum secundum rationem ipse speciei
non mouetur et ideo ille qui conteritur
dolet de preteritis peccatis et cauet futu
ra sed non dicitur esse contritio de peccato
futuro sed magis cautio que est pars
prudentie contritioni adiuncta. Ad
primum ergo dicendum quod liberum arbitrium dicitur esse de con
tingentibus futuris secundum quod est de
actibus, sed non secundum quod est de obiec
tis actuum quia homo potest cogita
re ex libero arbitrio de rebus preteritis et ne
cessariis, sed tamen ipse actus per quem sub
libero arbitrio cadit contingens futurus est. Et
sic etiam actus contritionis contingens
futurus est secundum quod sub libero arbitrio cadit
sed obiectum eius potest esse preteritum.
Ad secundum dicendum quod ille effectus consequens
qui peccatum aggrauat iam in actu
precessit velud in causa, et ideo quando
commissum est totam suam quantitatem
habuit et effectus consequens non
adiecit aliquid ad quantitatem culpe sed auxit pe
nam, prius accreuerat quod adiunctam
accidentalem, secundum quod plures ha
bebit rationes dolendi in inferno de
pluribus malis ex suo peccato conse
cutis. Et sic loquitur Gregorius. Unde non
oportet quod contritio sit de futuris peccatis.

Deinde sic proceditur. Videtur
quod homo debeat conteri de
peccato alieno. Non enim petit aliquis
indulgentiam nisi de peccato de quo con
tritus est. Sed de peccatis alienis
indulgentia petitur ut psalmus ab alie
nis parce seruo tuo. Ergo debet homo
conteri de peccatis alienis. Preterea homo ex
caritate debet diligere proximum

sicut seipsum. Sed propter dilectionem sui et
de malis suis dolet et bona desi
derat. Ergo cum teneamur proximo de
siderare bona gratie sicut et nobis
videtur quod debeamus de culpis eius
dolere sicut et nostris. Sed contritio
nichil est aliud quam dolor de pec
catis. Ergo homo debet conteri de peccatis ali
enis. Sed contra contritio est actus penitentie vir
tutis. Sed nullus penitet nisi de eo
quod ipse fecit. Ergo nullus conte
ritur de peccatis alienis. Responsio dicendum quod
id conteritur quod prius durum et in
tegrum fuit. Unde oportet quod contritio pro
peccato sit in eo in quo peccati duri
tia precessit, et sic de alienis peccatis
non est contritio. Ad primum ergo dicendum
quod ab alienis peccatis orat propheta parci
inquantum per consortium pecca
torum aliquis aliquam immunditiam
contrahit, secundum illud Cum peruerso per
uerteris. Ad secundum dicendum quod de peccatis aliorum de
bemus dolere, non tamen oportet quod de eis con
teramur quia non omnis dolor de peccato
preterito est contritio ut ex dictis patet.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod non re
quiratur de singulis peccatis morta
libus contritio. Est enim motus con
tritionis in iustificatione instantaneus. Sed
in instanti non potest homo recogitare sin
gula peccata. Ergo non oportet quod sit contritio
de singulis peccatis. Preterea contritio debet esse de peccatis
secundum quod auertunt a deo, quia conuersionem
ad creaturam sine auersione a deo con
tritio non requirit. Sed omnia peccata
mortalia conueniunt in auersione. Ergo
contra omnia sufficit una contritio.
Preterea plus conueniunt peccata mortalia
inter se quam actuale et originale.
Sed baptismus unus
delet omnia actualia et originalia.
Ergo una contritio generalis delet omnia
peccata mortalia. Sed contra diuersorum mor
borum diuerse sunt medicine, quia
non sanat oculum quod sanat calcaneum

et dicit glosa sed contritio est me-
dicina spiritualis contra unum mortale
ergo non sufficit una quod de[illegible]
[illegible] contritio applicatur possessionem
sed oportet singula peccata mortalia
confiteri ergo et despiciat conteri
[illegible] Dicendum quod contritio per considerationem
dupliciter scilicet quantum ad principium et
quantum ad finem. et dico principium con-
tritionis cogitationem. quia quis
cogitat de peccato et dolet et si non
dolore contritionis saltem do-
lore attritionis / finis autem contritionis
est quod dolor ille iam gratia informa-
tus fuerit ergo ad principium
contritionis oportet despiciat peccata que
quis in memoria habet contrahere
sed quantum ad finem sufficit quod sit u-
na quod dicendum / tunc enim ille
motus agit in totam dispositionem
peccatorum et habet per responsio
ad primum [illegible] Dicendum quod quis omnia
mortalia [illegible] in aversione [illegible]
[illegible] in causa et modo aversionis
et quantitate elongationis a deo et
hoc est secundum dignitatem [illegible]
[illegible] Dicendum quod baptismus agit in virtute
[illegible] christi qui habuit infinitam
virtutem ad delendum omnia peccata
et ideo unus sufficit contra omnia
sed in contritione non [illegible]
[illegible] actus [illegible] et ideo quod singula
peccata videat sigillatim non
habeat infinitam virtutem ad con-
tritionem [illegible] Dicendum quod baptismus est spiritua-
lis generatio. sed penitentia que
[illegible] et alias sunt partes
est spiritualis quedam sanatio. [illegible]
[illegible] alterationem [illegible]
[illegible] corporali [illegible]
que est ad corrumpere quod una ge-
neratione removetur actu [illegible]
[illegible] generate que erant ac-
[illegible] vel corrupte / sed multa
[illegible] removentur [illegible] actu
[illegible] [illegible] adhuc [illegible]
[illegible] [illegible] baptismus [illegible]
[illegible] omnia peccata [illegible]

tendo sed quia non debet omnia peccata
nisi ad singula [illegible] et ideo [illegible]
[illegible] conteri et confiteri

# Utrum contritionis

# et de quantitate contritionis

Circa quod queruntur tria. Primo utrum
contritio sit maior dolor qui esse
potest in natura. Secundo utrum possit
esse nimis magnus dolor. Tertio utrum
possit esse maior de uno peccato quam
de alio

Ad primum sic proceditur. Videtur quod con-
tritio non sit maior dolor qui
esse possit in natura / dolor enim est
sensus lesionis. sed aliquae lesiones
magis sentiuntur quam lesio peccati ut
vulnera ergo non est maximus do-
lor contritio / [illegible] ex effectu [illegible]
[illegible] sed effectus doloris [illegible]
[illegible] ergo aliquando contri-
tio non emittit lacrimas corporales
[illegible] quas [illegible] emittit [illegible]
te [illegible] in [illegible] separatione vel aliquo
[illegible] quod contritio non sit dolor
maximus / [illegible] quanto aliquid plus [illegible]
[illegible] tanto est minus
[illegible]. sed contritionis dolor [illegible]
multum de gaudio admixtum. quia
contritus gaudet de liberatione. de [illegible]
[illegible] et de [illegible] ergo dolor
suus est minimus / [illegible] dolor contritionis
displicentia est quedam. sed multa
sunt que magis displicent contrito quam
peccata preterita [illegible]
[illegible] [illegible] quam [illegible]
[illegible] ergo [illegible] omnes penas
[illegible] aut etiam [illegible] alias
[illegible] ergo dolor
contritionis non est maximus / [illegible]
[illegible] omnis dolor in amo-
re [illegible] amor caritatis [illegible]
[illegible] dolor contritionis est maximus
[illegible] dolor est de malo. ergo de magis
malo debet esse maior dolor. sed cul-
pa est magis malum quam pena. ergo
dolor de culpa que est contritio
[illegible] omnem alium dolorem [illegible]

[illegible]

[illegible]

dicendum quod in contritione est duplex dolor
unus in ipsa voluntate qui est
essentialiter ipsa contritio que nichil
aliud est quam displicentia pro
tali peccato et talis dolor intensione
excedit omnes alios dolores quia
quantum aliquid placet tantum contrarium eius
displicet summa autem super omnia placet
cui omnia opposita ipsius displicent
et ideo peccatum quod a fine ultimo avertit
super omnia displicere debet. Alius dolor
est in parte sensitiva qui causatur ex
primo dolore vel ex necessitate nature
secundum quod vires inferiores sequuntur
motum superiorum vel ex electione secundum
quod homo penitens in seipso hunc dolorem
excitat ut de peccatis doleat et neutro
modo oportet quod sit maximus dolorum
quia vires inferiores moventur vehemen-
tius ab obiectis propriis quam ex redun-
dantia superiorum virium et ideo quanto
operatio superiorum virium fuerit propinquior
obiectis inferiorum tanto magis sequuntur
earum motum et ideo maior dolor est
in sensitiva parte ex lesione sensibili
quam sit ille qui in ipsa redundat
ex ratione. Similiter maior qui redun-
dat ex ratione de corporalibus deliberan-
te quam ille qui redundat ex ratione
considerante spiritualia. Unde dolor
in sensitiva parte ex displicentia ratio-
nis proveniens de peccato non est maior do-
lore aliis doloribus qui in ipsa sunt
et similiter nec dolor qui est voluntatis
appetitus tamen quia non obedit omnino
inferior superiori adminimum ut tanta
et talis passio sequatur in inferiori ap-
petitu qualem ordinat superior. Tamen
etiam quia passiones adiutorie
sumuntur in actibus virtutis secundum
mensuram quandam. Quia aliquis do-
lor qui est super mensuram non iuvat
sed obest. Ad primum ergo dicendum quod sicut
dolor sensibilis est de sensu le-
sionis ita dolor interior est de co-
gnitione alicuius nocivi et ideo quamvis
lesio peccati secundum exteriorem sensum

non percipiatur tamen percipitur esse maxima
secundum sensum interiorem rationis. Ad
secundum dicendum quod dolores corporales immediate
consequuntur ad passiones sensitive
partis et eis mediantibus ad affectus
appetitive superioris et inde est quod ex
dolore corporis ut corporis crucians
effluunt lacrime corporales
quod a dolore spirituali contingit
rarius. Ad tertium dicendum quod gaudium illud quod pe-
nitens de dolore habet non minuit dis-
plicentiam quia ei non contrariatur
sed auget secundum quod omnis operatio
augetur propriam delectationem ut
dicitur in x ethicorum. Sicut qui delectatur
in addiscendo aliquam scientiam me-
lius addiscit. Et similiter qui gaudet
de displicentia vehementius displicet.
Tamen bene potest esse quod illud
gaudium temperet dolorem ex
ratione in partem sensitivam redundantem.
Ad quartum dicendum quod quantitas di-
splicentie de culpa debet esse secundum
quantitatem malicie culpe. Malicia
autem in culpa mortali mensuratur
ex eo in quo peccatur quod est deus
et ex eo qui peccat quod est ei
nociva. Et quia homo debet magis deum
quam seipsum diligere ideo plus debet
odire culpam inquantum est offensa
dei quam inquantum nociva ei est. Est
autem nociva sibi principaliter inquan-
tum separat ipsum a deo et secundum hoc
ipsa separatio a deo que pena quedam
est magis debet displicere quam ipsa
culpa inquantum hoc nocumentum con-
tulit quia quod propter alterum con-
trariatur magis contrarium. Sed minus quam culpa
inquantum est offensa in deum. Inter
omnes autem penas attenditur ordo
malicie secundum quantitatem nocumenti
et ideo cum sit maximum nocumentum quo
maximo bono privatur erit etiam pena
maxima separatio a deo. Est etiam
alia quantitas malicie attendenda
quam oportet in displicentia attendere
secundum rationem culpe et peccati quia

privatio est nam non est / unde secundum mixti-
rationem malicie et bonitatis / et inde
est quod plus refugit homo iustus
aliquid mali in ipsum ut futurum quam
[illegible] desiderat / Unde [illegible] pas-
sio anime dure quidem potest. sicut do-
lor [illegible] pena malo et timor futuri.
et ipse est debilior malis [illegible] aliud
magis abhorret cum omnis [illegible] est.
[illegible] in ipsum remanet. ut instru-
[illegible] timet etiam [illegible] in ipso [illegible] facit
et quia effectus precedunt culpe non
ita percipitur [illegible] sicut effectus
[illegible] pene tamen quia culpa [illegible]
[illegible] quia quedam pena tamen et
dolore corporali magis est ma-
nifestum quam spiritualis / ideo [illegible] etiam
[illegible] dispositionem [illegible] magis [illegible] pa-
tit [illegible] precedunt pene quam
precedunt culpe / [illegible] magis est
[illegible] pati [illegible] penam quam
committere [illegible] culpam / Tertia est
considerandum [illegible] comparatione culpe et
pene quod quedam pene sunt incompara-
biliter [illegible] offensa. sicut separa-
tio / quedam etiam adiungit [illegible]
eternitatem sicut pena [illegible]
pena illa que offensam [illegible]
[illegible] modo [illegible] est. sicut etiam
culpa. sed illa quo [illegible] eternitatem
addit est magis quam culpa [illegible]
fugienda / sed [illegible] separatur
ab offensa et comparatur [illegible] ratio
pene [illegible] malicia quam culpa
[illegible] est offensa dei et ideo [illegible]
[illegible] displicet / Secundo est
[illegible] quod [illegible] debeat esse [illegible]
[illegible] disposito non [illegible]
[illegible] est / quia [illegible] affectus [illegible]
non [illegible]
illius [illegible] displicet [illegible] ma-
gis displicet quia est [illegible]
[illegible] quod magis est [illegible]
notum

Ad secundum sic proceditur. videtur quod non
possit esse nimis magnus
contritionis dolor / Nullus enim dolor
potest esse inmoderatior quam ille qui
suum subiectum destruit. sed dolor con-
tritionis si est tantus quod mortem vel
corruptionem corporis inducat est lau-
dabilis / dicit enim Anselmus utinam im-
pinguetur [illegible] ut me-
dulle corporis [illegible] et Augustinus
dicit se esse dignum oculos excecare
re plorando. ergo dolor contritionis
non potest esse nimius. Preterea dolor con-
tritionis ex amore caritatis proce-
dit. sed amor caritatis non potest esse
nimius ergo nec dolor contritionis
Sed contra omnis virtus moralis corrumpi-
tur per superhabundantiam et defectum. sed con-
tritio est actus virtutis moralis scilicet pe-
nitentie cum sit pars iustitie. ergo potest
esse superfluus dolor de peccatis / Respondeo di-
cendum quod contritio ex parte doloris qui est in
ratione scilicet displicentie qua peccatum
displicet in quantum est offensa dei
non potest esse nimia / sicut nec amor
caritatis quo intenso talis displi-
centia intenditur non potest esse nimius
sed quantum ad dolorem sensibilem potest
esse nimia sicut etiam exterior
corporis afflictio potest esse nimia
In hiis autem omnibus debet accipi
pro mensura conservatio subiecti et
bone habitudinis sufficientis ad
ea que agenda incumbunt. et
propter hoc dicitur Ro. xij. rationabile sit ob-
sequium vestrum / Ad primum ergo dicendum
quod Anselmus desiderabat impinguari
sive devotionis medullas corpo-
rales [illegible] non quantum ad humo-
rem naturalem sed ad desideria
et concupiscentias corporales / Augustinus
autem quamvis dignum se cognosce-
ret amissione exteriorum oculorum
propter peccatum, quia quilibet peccator non
solum eterna sed etiam temporali morte
dignus est, non tamen volebat sibi
oculos excecare / Ad secundum quod illa ratio
procedit de dolore qui est in ratione
tertia autem procedit de dolore sen-
sitive partis

Ad tertium sic proceditur. videtur quod non
debeat esse maior dolor de
uno peccato quam de alio. Ieronimus enim

collaudat paulum in hoc quod minima
peccata sicut magna plangebat. ergo
non est magis dolendum de uno
quam de alio. preterea motus contritionis
est sublectus sed non potest esse unus
motus intensior similiter et re-
missior. ergo contritio non debet esse
maior de uno quam de alio peccato.
preterea de peccatis proprie est contritio secundum
quod a deo auertit. sed in auersione
omnia peccata mortalia conueniunt
quia omnia tollunt gratiam qua anima
deo coniungitur. ergo de omnibus pecca-
tis mortalibus equaliter debet
esse contritio. sed contra deuteronomium xxv.
dicitur secundum mensuram peccati erit
et plagarum modus. sed in contritione
peccati plage connumerantur quia con-
tritio habet propositum satisfaciendi
annexum. ergo contritio magis debet
esse de uno peccato quam de alio.
preterea de illo homo debet conteri
quod debuit uitare. sed homo debet
magis uitare unum peccatum quam
aliud. quia grauius est si necesse
alterum faciendum incumberet. ergo
et similiter debet de uno scilicet grauiori ma-
gis quam de alio dolere. responsio dicendum
quod de contritione dupliciter possumus
loqui. uno modo secundum quod singilla-
tim singulis peccatis respondet. et sic quantum
ad dolorem superioris affectus requi-
ritur quod de maiori peccato quis do-
leat magis. quia doloris ratio
est magis in uno quam in alio
scilicet offensa dei. ex maiori enim inor-
dinato actu deus magis offenditur.
similiter etiam cum maiori culpe ma-
ior pena debeatur etiam dolor se-
cundus potest secundum quod pro peccato
ex electione assumitur. quia grauior
pena debet esse maior de maiori peccato.
secundum autem quod compressionem
superioris affectus inferior
attenditur quantitas doloris secundum
dispositionem partis inferioris ab re-
cipiendam impressionem a superiori
et non secundum quantitatem peccati. alio
potest accipi contritio secundum quod e-
st de omnibus simul sicut in actu iustifi-
cationis. et hec quidem contritio ex
singulorum contritione considerationem
peccatorum procedit. et sic quamuis sit actus
unus ad distinctionem peccatorum tamen
manet in ipso uirtualiter unde secundum propositum
distinguitur cogitatione singulorum. sic etiam
habitualiter est magis de uno quam de
alio. ad primum ergo dicendum quod paulus non
laudatur de hoc quod de omnibus peccatis
doleret equaliter sed quia de paruis
peccatis non dolebat. ac si essent ma-
gna per comparationem ad alios qui de pec-
catis dolent sed non tamen multo amplius
de mortalibus doluisset. ad secundum dicendum
quod de illo contritionis motu subita-
neo quamuis non actualiter distin-
ctionem intentionis inueniatur disparitas
inueniri possit tamen inuenitur uno
modo sicut dictum est. et etiam alio
modo secundum quod singula peccata ordi-
nantur ad deum ideo in illa contritione
generali contritus dolens de eis erit
scilicet offensa dei. qui enim aliquid totum
diligit partes eius diligit potius
etiam eius quamuis non actu et hoc
modo secundum quod habent ordinem ad totum
quasdam plus quasdam minus sicut
qui aliquam ciuitatem diligit tunc
singulos diligit plus et minus secundum
eorum ordinem in bono ciuitatis. et similiter
qui dolet de hoc quod deum offendit de
diuersis implicite dolet dissimiliter
secundum quod plus uel minus per ea offendit.
ad tertium dicendum quod quamuis quodlibet peccatum
mortale a deo auertat et gratiam tollat
tamen quoddam plus elongat quam ali-
ud inquantum ex maiori difformitate
sua inordinatio a ordinatione
diuine bonitatis quod absolute.

## Deinde considerandum est de specie contritionis

Circa quod tria queruntur.
Primo utrum uera contritio sit
contricionis effectus. 2o utrum ex peccatis dependet

contritus de peccato doleret. Ideo merito
per hanc vitam anime deputatur contri-
cioni.

Septimo sic proceditur. Videtur quod non
tota hec vita sit contricionis tem-
pus. Cum de peccato commisso debet esse do-
lor ita et pudor. Sed non per totam
vitam durat pudor de peccato, quia
sicut dicit Ambrosius non habet
quod erubescat cui peccatum dimissum est.
Ergo videtur quod nec ~~dolor~~ contricio que
est dolor de peccato. Preterea sicut dicitur j Jo. 4 per-
fecta caritas mittit timorem, quia
timor penam habet. Sed dolor etiam pe-
nam habet. Ergo in statu perfecte caritatis
non habet dolor contricionis manere.
Preterea de peccato non potest esse dolor qui
ipse est de malo presenti, nisi secundum quod
aliquis de peccato in manet. Sed quandoque
pervenitur ad aliquem statum in hac
vita in quo nichil de peccato preterito
manet, neque dispositio neque culpa
neque reatus aliquis. Ergo non oportet
ulterius de eo peccato dolere. Preterea Ro-
mani 8 diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum, et peccata ut dicit
glossa. Ergo non oportet post remissionem peccati
quod de ipso doleat. Preterea contricio est pars
penitencie contra satisfactionem divisa. Sed
non oportet semper satisfacere. Ergo
nec conteri de peccato semper. Sed contra Au-
gustinus in libro de penitencia dicit quod ubi
dolor finitur deficit penitencia, et ubi defi-
cit penitencia nichil relinquitur de ve-
nia. Ergo videtur quod cum oporteat veniam
confessam non perdere quod oporteat
semper de peccato dolere. Preterea eccli. v.
dicitur: De propiciato peccato noli esse
sine metu. Ergo homo semper debet do-
lere de peccatis propiciatis habitis.
Respondeo dicendum quod in contricione est duplex
dolor, unus racionis qui est detesta-
cio peccati a se commissi. Alius sensitive
partis qui consequitur ex primo. Et quantum ad
utrumque contricionis tempus est tota
vita presentis status. Quamdiu enim est
aliquis in statu vie detestatur in-

conveniencia quibus appetitus ad finem
viis impeditur. Unde cum per peccatum
prius vie nostre cursus in deum
retardetur, quia tempus illud quod erat
deputatum ad currendum recuperari
non potest, oportet quod in vita huius temporis sta-
tus contricionis maneat quantum
ad peccati detestacionem. Similiter etiam
quantum ad sensibilem dolorem qui in-
pena a voluntate assumitur, quia
cum homo penam eternam peccando
meruit, et contra eternum deum pec-
cavit, debet pena eterna in temporalem mu-
tata saltem dolor hominis in eterno
id est in statu huius vite manere. Et propter
hoc dicit Hugo de sancto Victore
quod deus absolvens hominem a cul-
pa et pena eterna ligat eum vinculo
perpetue detestacionis peccati. Ad primum
ergo dicendum quod erubescencia respicit
peccatum solum inquantum turpitudinem.
Et ideo postquam peccatum quantum ad culpam
remissum est non manet pudori lo-
cus. Manet autem dolor qui non
solum de culpa est inquantum habet
turpitudinem sed etiam inquantum habet
nocumentum adiunctum. Ad secundum dicendum
quod timor servilis quem caritas fo-
ras mittit opponitur caritati racione servilita-
tis qua penam respicit.
Sed dolor contricionis ex caritate
causatur ut dictum est. Ideo non est simile.
Ad tertium dicendum quod quamvis per penitenciam peccator re-
deat ad gratiam pristinam et immuni-
tatem pene in qua tamen redit ad
pristinam dignitatem innocencie, et
ideo semper de preterito peccato aliquid in ipso
manet. Ad quartum dicendum quod sicut
non debet homo facere mala ut eve-
niant bona ita non debet gaudere
quia mala fecit occasionaliter provenientibus
bonis divina gracia vel providencia a-
gente, quia illorum bonorum peccata causa
non fuerunt sed magis impedimenta,
sed divina providencia causa.
Et de eis debet homo gaudere, de peccatis
autem dolere. Ad quintum dicendum quod satis-
factio attenditur secundum penam taxatam

que propter se diligi debet et id
potest tantum ut non oporteat ulterius
satisfacere. hec autem prima proportionatur culpe propter contrapo-
sitionem per similitatem qualitatis. sed dolor
contricionis convenit culpe propter
dispositionem oppositam secundum quantitatem
tem et ideo contricio semper debet
manere nec est inconveniens si re-
missio posterior maneat prima

Ad secundum sic proceditur.

Videtur quod non oporteat continue
de peccato dolere. oportet enim quandoque
gaudere ut patet Philip. 4 super illud gaudete in domino semper dicit glosa
quod necessarium est gaudere. sed non
potest simul gaudere et dolere. ergo non
oportet continue de peccato dolere. Preterea
illud quod est de se malum et fugiendum
non est assumendum nisi quatenus est ne-
cessarium ut medicina ad aliquid
sicut patet de ustione et sectione
vulnerum. sed tristicia de se mala
est unde dicitur Eccli. 30 Tristiciam
longe expelle a te et subditur
tam multos enim occidit tristicia
et non est utilitas in illa. hoc
etiam Philosophus dicit in 7 ethicorum
et 10. ergo non est amplius dolere
de peccato nisi quantum sufficiat ad sa-
tisfaciendum. sed statim post primam
contricionis tristiciam peccatum deletum
est. ergo non oportet ulterius
dolere. Preterea Bernardus dicit dolor bonus est
si continuus non sit. mel enim ab-
sinthio est admiscendum. ergo vi-
detur quod non oporteat continue dolere.
Sed contra est quod Augustinus dicit semper
doleat penitens et de dolore
gaudeat. Preterea actus in quibus
consistit beatitudo oportet semper
continuare quantum possibile est. sed
huiusmodi est dolor de peccato ut patet
Mt. v. beati qui lugent. ergo o-
portet dolorem continuare quantum
possibile est. Respondeo dicendum quod duplex est con-
dicio in actibus virtutis invenitur
quod non potest in eis accipi superfluum
et diminutum ut in 2o ethicorum proba-
tur. ad contricionem quantum ad hoc quod
est displicencia quedam in ap-
petitu rationis sequens actum prudentie et
iusticie nunquam potest ibi esse superflu-
um nec quantum ad intensionem ita
nec quantum ad durationem nisi secundum
quod actus unius virtutis impedit ac-
tum alterius magis necessarium pro tempore illo.
Unde quanto homo continue in ac-
tibus displicencie esse potest tan-
to melius est dum modo actibus
aliarum virtutum suo tempore secundum quod
vero sunt passiones potest hic superf-
luum et diminutum et quantum ad inten-
sionem et quantum ad durationem. et ideo
sicut passio doloris quam voluntas as-
sumit debet esse moderata in inten-
sione ita debet moderate durare
ne si nimis duret in desperationem
et pusillanimitatem et huiusmodi
labatur. Ad primum ergo dicendum quod gau-
dium seculi impeditur per dolorem
contricionis non autem gaudium quod
de deo est quia habet ipsum dolorem in
pretio. Ad secundum dicendum quod ibi Eccli. de
tristicia seculi loquitur. et Philosophus
loquitur de tristicia que est passio
moderate utendum est secundum quod ex-
pedit ad finem ad quem assumitur.
Ad 3 dicendum quod Bernardus loquitur de dolore
qui est passio

Ad tertium sic proceditur. Videtur

quod etiam post hanc vitam du-
ret peccati contricio. Amor enim cari-
tatis displicentiam de peccato cau-
sat sed post hanc vitam manet
in aliquibus caritas et quantum ad ac-
tum et quantum ad habitum quia cari-
tas nunquam excidit ut 1 Cor. 13. ergo
manet displicentia de peccato
commisso que essencialiter est contricio.
Preterea magis est dolendum de culpa
quam de pena. sed anime in purgato-

debent de pena sensibili et de
dilatione glorie ergo magis meliores
magis debent de culpa dolere quam
missa. Item pena purgatorii est
satisfactoria respectu sed satisfactio
non habet efficaciam nisi a contritione
ergo contritio manet post hanc
vitam. Sed contra contritio est pars penitencie
sacramenti sed sacramenta non manent
post hanc vitam ergo nec contritio.
Item contritio potest esse tanta quod delet
et culpam et penam. si ergo anime
in purgatorio conteri possent, posset
per contritionem eorum reatus pene
eis dimitti et ideo a pena sensibili
liberari quod est falsum. Respondeo dicendum quod in
contritione tria considerari possunt.
Primum est contritionis genus quod est dolor.
Secundum est contritionis forma que est
actus virtutis gratia informatus.
Tertium est contritionis efficacia que est meri
toria sacramentalis et quodammodo
satisfactoria. Anime ergo post hanc vitam
que in patria sunt contritionem habere non
possunt quia carent dolore propter
gaudii plenitudinem. Ille vero que
sunt in inferno carent contritione
quia etsi dolorem habeant deest
eis tamen gratia dolorem informans.
Sed ille que in purgatorio sunt habent do
lorem gratia informatum sed
non meritorium quia non sunt in statu
merendi. [illegible] autem vita
[illegible] tria predicta inveniri possunt. Ad primum
ergo dicendum quod caritas non causat istum
dolorem nisi in illis qui doloris
capaces sunt. Sed plenitudo gau
dii ab eis omnem capacitatem doloris
excludit et ideo quamvis caritatem
habeant tamen contritione carent. Ad secundum dicendum quod anime in purga
torio dolent de peccatis sed ille dolor
non est contritio quia deest ei con
tritionis efficacia. Ad tertium dicendum quod pe
na illa quam anime in purgatorio
sustinent non potest proprie dici satisfactio

quia satisfactio opus meritorium
requirit sed largo modo dicitur sa
tisfactio pene debite solutio.

## Deinde considerandum est de effectu

contritionis. Circa quod tria queruntur.
Primo utrum peccati remissio sit con
tritionis effectus. Secundo utrum contritio
totaliter possit tollere reatum pene.
Tertio utrum parva contritio sufficiat
ad deletionem magnorum peccatorum.

Ad primum sic proceditur. Videtur
quod peccati remissio non sit contri
tionis effectus. Solus enim deus peccata
culpe remittit. sed contritionis
nos sumus aliqualiter causa quia
actus noster est. ergo contritio non est
causa remissionis culpe. Item con
tritio est actus virtutis. sed virtus sequitur
peccati remissionem quia virtus et culpa
non sunt simul in anima. ergo con
tritio non est causa remissionis
culpe. Item nichil impedit accep
tionem eucharistie nisi culpa. sed
contritus ante confessionem non debet
accedere ad eucharistiam. ergo non
dum est consecutus remissionem culpe.
Sed contra est quod dicitur in glossa super
illud psalmi Sacrificium deo spiritus con
tribulatus: cordis contritio est
sacrificium in quo peccata solvuntur.
Item vitia [illegible] curantur cor
ruptis (?) contrariis ut dicitur
in 2° ethicorum. sed per inordinatam amo
rem cordis peccatum committitur. ergo per
dolorem ex amore caritatis ordi
nato causatum peccatum solvitur et sic
peccatum contritio delet. Respondeo dicendum quod
contritio potest dupliciter considerari
vel inquantum est pars sacramenti
vel inquantum est actus virtutis et utroque
modo est causa remissionis peccati
sed dissimiliter. Quia inquantum est
pars sacramenti primo operatur ad
remissionem peccati instrumentaliter sicut et
de aliis sacramentis ut supra dictum est.

operatur. Principium autem est actus
virtutis, sic est quasi causa mate-
rialis remissionis peccati, eo quod di-
spositio est quasi necessitas ad iu-
stificationem. Dispositio autem redu-
citur ad causam materialem, secundum
aliquam dispositionem quae disponit
materiam ad recipiendum. Secus autem
est de dispositione agentis ad agendum,
quia illa reducitur ad genus cau-
sae efficientis. Ad primum ergo dicendum
quod solus deus est causa efficiens
principalis remissionis peccati, sed
causa dispositiva potest etiam esse
homo, et similiter etiam causa sacra-
mentalis, quia formae sacramentorum
illa sunt verba prolata quae sunt
virtutem instrumentalem [illegible] indu-
centi qua peccata remittuntur. Ad secundum
dicendum quod peccati remissio uno modo prae-
cedit dilectionem et gratiae infusionem,
et alio modo sequitur, et secundum hoc quod sacra-
actus dilectionis potest esse causa
aliqua remissionis peccati. Ad tertium dicendum
quod dispensatio eucharistiae pertinet
ad ministros ecclesiae, et ideo ante re-
missionem peccati ministros ecclesiae non
debet aliquis adire ad eucharistiam, acceden-
tibus sit sibi culpa quod ad eam
remissa.

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod contritio non possit totaliter
tollere reatum poenae, quia satisfac-
tio et confessio ordinatur ad libe-
rationem a reatu poenae. Sed nullus
ita perfecte conteritur quin oporteat
eum confiteri et satisfacere. Ergo
contritio nullo modo est tanta quod
totaliter deleat reatum totius poe-
nae. Praeterea, oportet esse quandam recom-
pensationem poenae ad culpam. Sed aliqua
culpa perficitur corporis membris,
ergo cum oporteat ad debitam poenae
recompensationem, ut per quae peccavit quis
per haec et torqueatur, videtur quod numquam
possit poena talis peccati per contritionem
absolvi. Praeterea, dolor contritionis est
finitus, sed pro aliquo peccato scilicet mor-
tali debetur poena infinita. Ergo nul-
lo modo potest esse tanta contritio
quod totam poenam deleat. Sed contra est
quod Deus plus acceptat cordis affec-
tum quam exteriorem actum. Sed per ex-
teriores actus absolvitur homo
a poena et culpa. Ergo et per hunc
affectum qui est contritio. Praeterea, huius exemplum
de latrone habetur, cui dictum est
hodie mecum eris in paradiso, qui nul-
lum poenitentiae actum [illegible]. Respondeo dicendum quod intensio con-
tritionis potest attendi dupliciter:
ex parte caritatis quae displicentiam
causat, et sic quantum intendi ca-
ritate in actu, quod contritio meretur non
solum non poenae culpae dimissionem
sed etiam absolutionem ab omni poena.
Alio modo ex parte doloris sensibilis
quem voluntas in contritione excitat;
et quia ille etiam poena quaedam est,
tantum potest intendi quod sufficiat ad de-
letionem poenae et culpae. Ad primum ergo
dicendum quod aliquis non potest esse
certus quod contritio sua sit sufficiens
ad deletionem poenae et culpae, et ideo
tenetur confiteri et satisfacere,
maxime cum contritio vera non fuit
nisi propositum confitendi habuisset annexum,
quod etiam ad effectum reducendum est propter
praeceptum quod est de confessione datum.
Ad secundum dicendum quod sicut gaudium in-
terius redundat etiam ad exterio-
res corporis partes, ita etiam dolor
interior ad exteriora membra
derivatur. Unde dicitur Proverbiorum xvii: Spiritus
tristis exsiccat ossa. Ad tertium dicendum
quod dolor contritionis quamvis sit finitus
in intensione, sicut et poena peccato
mortali debita finita est, tamen habet
infinitatem virtutis ex caritate
informatur, et secundum hoc potest valere
ad deletionem poenae et culpae.

Ad tercium sic proceditur videtur quod contricio non sufficiat ad delecionem maiorum peccatorum. Quia contricio est medicina peccati spiritualis. sed corporalis medicina que sanat corporalem morbum minorem non sufficit ad sanandum maiorem. Ergo minima contricio non sufficit ad delendum maxima peccata. Preterea supra dictum est quod de maioribus peccatis magis conteri debet. sed contricio non delet nisi sit secundum quod debet. ergo minima contricio non delet omnia peccata. Sed contra. quelibet gracia gratum faciens delet omnem culpam mortalem. quia simul stare cum ea non potest. sed quelibet contricio est gracia gratum faciente informata. ergo quantumcumque sit parva. delet omnem culpam. Respondeo dicendum quod contricio ut sepe dictum est habet duplicem dolorem. Unum racionis qui est displicencia peccati commissi et hic potest esse adeo parvus quod non sufficiat ad racionem contricionis. ut si minus displiceret ei peccatum quam deberet separacio a fine sicut eciam amor potest esse ita remissus quod non sufficiat ad racionem caritatis. Alium dolorem habet sensus et parvitas huius non impedit racionem contricionis quia non se habet essencialiter ad contricionem sed quasi accidentaliter adiungitur et iterum non est in potestate nostra. Sic ergo dicendum quod quantumcumque parvus sit dolor. dummodo ad contricionis racionem sufficiat omnem culpam delet. Ad primum ergo dicendum quod medicine spirituales habent efficaciam infinitam a virtute infinita que in eis operatur et ideo eadem medicina que sufficit ad curacionem peccati parvi. sufficit eciam ad curacionem magni. sicut patet de baptismo quo magna et parva solvuntur et similiter est de contricione. dummodo ad racionem contricionis pertingat. Ad 2m dicendum quod ex necessitate consequitur quod aliquis homo plus doleat de maiori peccato quam de minori. secundum quod magis repugnat amori qui dolorem causat. sed tamen si aliquis tantumdem haberet de dolore pro maiori. quantum ipse habet de minori. sufficeret ad remissionem culpe.

## Deinde consideracio est de confessione

Circa quam sex sunt consideranda. primo de confessionis necessitate. secundo de eius quiditate. tercio de ministro. quarto de qualitate eius. quinto de eius effectu. sexto de eius sigillo. Circa primum queruntur sex. primo utrum confessio sit necessaria ad salutem. Secundo utrum confessio sit de iure naturali. tercio utrum omnes ad confessionem teneantur. Quarto utrum aliquis possit confiteri peccatum quod non habet. Quinto utrum statim teneatur statim confiteri teneatur. Sexto utrum possit cum aliquo dispensari ne homo confiteatur.

Ad primum sic proceditur videtur quod confessio non sit necessaria ad salutem. Sacramentum enim penitencie propter remissionem culpe ordinatum est. sed culpa per gracie infusionem sufficienter remittitur. ergo ad penitenciam de peccato agendam non est necessaria confessio. Preterea peccatum quod ab alio contractum est ab alio debet medicinam. ergo peccatum actuale quod quis per se commisit in quolibet committit de se ipso tantum medicinam. Sed talis peccati medicina est penitencia. ergo confessio non est de necessitate penitencie. Preterea aliquibus est peccatum remissum sine confessione legitur sicut patet de Petro et Magdalena et eciam de Paulo. sed non est minoris efficacie gracia remittens peccata nunc quam tunc fuit. ergo nec nunc

de necessitate salutis est quod homo con-
fiteatur. Item confessio addit super contritionem
in merito ut secundum quantitatem cul-
pe pena infligatur: sed homo potest
penam sibi ipsi infligere maiorem
quam etiam ab alio sibi infligatur
ergo videtur quod confessio non sit de neces-
sitate salutis. Sed contra Beda in
libro de [illegible] [illegible] operam medicantis
expectas oportet quod morbum detegas. sed
de necessitate salutis est quod homo debi-
tam medicinam accipiat. ergo de
necessitate salutis est quod morbum per
confessionem detegat. Item in iudicio
seculari non est idem iudex et actor
et reus: sed iudicium penale est or-
dinativum. ergo peccator qui est reus
non debet esse sui ipsius iudex sed ab
alio iudicari et ita oportet quod ei con-
fiteatur. Responsio dicendum quod passio Christi sine cuius
virtute nec originale nec actua-
le peccatum dimittitur in nobis operatur
per sacramentorum perceptionem que a
ipsa efficaciam habent. ideo ad culpe re-
missionem et actualis et originalis re-
quiritur sacramenti susceptio vel actu su-
sceptum vel saltem voto quando articulus
necessitatis non contemptus sacramenti
excludit et per consequens illa sacramenta
que ordinantur contra culpam cum
qua salus esse non potest sunt de
necessitate salutis. ita et penitentie sacra-
mentum sicut antea [illegible] per hoc quod
[illegible] petit se ministris ecclesie
[illegible] ad quos pertinet dispensatio
sacramenti ita etiam per hoc quod con-
fitetur peccatum suum se ministris ecclesie
subicit ut per sacramentum penitentie
ab eis dispensatum remissionem con-
sequatur qui congruum remedium a-
dhibere non possunt nisi pec-
catum cognoscant quod fit per confes-
sionem peccantis. et ideo confessio est
de necessitate salutis eius qui incidit
in actuale vel mortale peccatum.
Ad primum ergo dicendum quod gratie infusio

sufficit ad culpe remissionem sed post
culpam remissam adhuc est peccator
remissus debitor pene temporalis. sed
ad gratie infusionem quedam ordinata
sunt gratie sacramenta ante quorum su-
sceptionem vel actu vel proposito de-
[illegible] gratiam non consequitur sicut in baptismo
patet et similiter est de confessione
et ulterius per confessionis erubescentiam
et virtute clavium quibus se confitens
subicit et satisfactionem iniunctam quam
sacerdos moderatur secundum qualitatem
[illegible] sibi per confessionem innotescentem
pena temporalis expiatur sed tamen [illegible]
quod expiandi operatur confessio ad pene
remissionem non habet quod sit de necessitate
salutis quia pena ista est temporalis ad
quam post culpe remissionem adhuc re-
manet obligatus. Unde [illegible]
[illegible] via [illegible] esse via salutis
sed habet quod sit de necessitate salutis ex hoc
quod ad remissionem culpe modo predicto
operatur. Ad secundum dicendum quod peccatum quod ab
altero contractum est scilicet originale
potest ab alio [illegible] remedium gratie
[illegible] sed peccatum actuale
quod quisque committit non potest ex-
piari nisi aliquis cooperetur ille qui
peccavit. sed tamen non sufficit ad ex-
piandum [illegible] sicut suf-
ficiens peccatum commisit eo quod peccatum ex
parte conversionis est finitum [illegible]
peccator in [illegible] reducitur sed ex par-
te aversionis habet infinitatem [illegible]
parte oportet quod peccati remissio [illegible]
quia quod est ulterius [illegible]
est [illegible] ut dictum est
et ideo oportet quod etiam peccatum actuale
ab alio medicinam habeat. Ad tertium dicendum
quod [illegible] non legatur [illegible] confessio
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Unde [illegible] quo ad [illegible]
[illegible] potuit [illegible]
[illegible] Ad [illegible] dicendum quod

satisfactio non sufficeret ad expiandum
primum peccatum originale sive quam
insatisfactione imposuit, sed sufficit
naturali est per sacramentum alterum
sacramentalem [illegible] et ideo etc. quod
per superpositiones sacramentorum impositum
est et ideo ulterius est confessio quod
sit preceptum. Item quod confessio sit
de iure naturali. Adam enim et
Cayn non tenebantur nisi ad precep-
ta legis nature, sed reprehendit
deus quod peccatum suum non sunt confessi;
ergo confessio peccati est de iure na-
turali. Item preterea alia que manent
in patria non sunt de iure natu-
rali, sed confessio sunt in patria
ut dicit glossa [illegible] si quid
habes ut iustificeris; ergo est de
iure naturali. Item sed non erant
subiecti nisi lege naturali sed
ipsi peccata confitebantur quod patet quod dicit
Job: si abscondi ut homo peccatum
meum; ergo est de iure naturali.
Sed contra glossa dicit quod ius naturale est
idem apud omnes; ergo non est
de iure naturali. Item confessio sit ei qui
habet claves sed claves ecclesie
non sunt de iure naturali instituta;
ergo nec confessio. Preterea dicit quod sac-
ramenta sunt quedam fidei protesta-
tiones ut dicit Hugo et ea fidei esse [illegible]
[illegible] fides autem est supra cog-
nitionem rationis naturalis. Item et sa-
cramenta sunt preter rationem naturalem
dictamen et omnia ius naturale
est quod non omnino convenit sed omnia
ta quedam ius instituit ut Tullius
dicit ideo sacramenta non sunt de iu-
re naturali sed de iure divino quod
est supra naturale. Quod concedo
naturale dicitur secundum quod cuilibet
rei illud est naturale quod a primo
creatore impositum est. Ius nature na-
turalia que [illegible] natura
inserit supra autem naturam sunt
que ipse eis sibi reservat [illegible]
nature instinctu operanda sive in opera-
tionibus [illegible] sive in [illegible]
[illegible] sive in [illegible]
[illegible]. Et sic confessio que utitur
sacramentalem licet non de iure natu-
rali est sed de iure divino. Ad primum ergo dicendum
quod Adam fuit reprehensus quod peccatum
suum coram deo non recognovit.
Confessio enim que sit deo per recogni-
tionem peccati est de iure naturali.
Hic autem loquitur de confessione
que sit homini ut dictum est. Quod confitetur
peccatum in causa est de iure naturali
quod apparet in iudicibus constitutum
ad modum interrogationis [illegible] non
est peccatum mentitur de quo Adam et
Cain [illegible] sed confessio que
sit homini sponte ad remissionem
peccatorum quidem a deo non est de iure
naturali. Ad secundum dicendum quod precepta
legis nature manent eadem in
in lege Moysi et nove legis. Sed con-
fessio quamvis aliqualiter esset in lege
Moysi non tamen eodem modo sicut
in lege nova nec sicut in lege
nature. In lege autem nature
sufficiebat recognitio peccati in-
terior apud deum, sed in lege Mo-
ysi oportebat aliquo signo exteriori
peccatum protestari sicut per oblationem
hostie pro peccato ex quo etiam homo in
notitia potuit eum peccasse; non
autem oportebat ut speciale peccatum ab eo
commissum manifestaret aut peccati cir-
cumstantias sicut in nova lege
oportet. Ad tertium dicendum quod Job loquitur
de illa absconsione peccati quam
facit deprehensus peccatum negando
aut excusando aut [illegible] ibidem
[illegible] potest.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod
non omnes ad confessionem tenean-
tur quia sicut dicit Ieronimus penitentia
est secunda tabula post naufragium
sed aliqui post baptismum naufragium
non sunt passi; ergo nec eis
competit penitentia et sic nec confessio

que est prima pars sic confessio faci-
enda est medico meliori sacerdoti sed
aliqui sunt qui non habent huiusmodi
medicum supra se ergo nec tenentur
ad confessionem. Item aliquis est qui non
habet peccata nisi venialia sed de illis
non tenetur homo confiteri ergo non
quilibet tenetur ad confessionem. Sed contra
est quod dicitur Extra de pe. et re. d. 3 quod
omnes utriusque sexus postquam ad annos
discretionis pervenerint tenentur
peccata confiteri. Solutio dicendum quod ad confessionem
duplex obligat. Una
divino hoc ipso quod est medicinale et
secundum hoc non omnes tenentur ad con-
fessionem sed illi tamen qui peccatum mor-
tale incurrunt post baptismum. Alia
de precepto iuris positivi et sic
tenentur omnes fideles ecclesie et
ita in materia generali submittendo
ergo tamen ut quilibet se peccatorem recog-
noscere quia omnes peccaverunt et
egent gloria dei. Sicut ut maiori
reverentia ad eucaristiam accedant
non ut ecclesie rectoribus sui sub-
diti innotescant nec lupus inter
gregem lateat. Ad primum ergo di-
cendum quod licet homo in hac mor-
tali vita post baptismum naufragium
evadere possit quod est per peccatum mor-
tale non tamen evadere potest venialia
quibus ad naufragium disponitur. Contra
que etiam penitentia ordinatur et non ma-
net penitentie locus etiam in illis qui non
mortaliter peccant et per consequens
confessionis. Ad secundum dicendum quod nullus
est qui non habet medicum supra se quantum
cum primum vicarium confiteri debet
qui quamvis eo inferior sit inquantum
prelatus est tamen eo superior inquantum
peccator est ipse et ille Christi vicarius.
Ad tertium dicendum quod omni sacramento non tenetur
aliquis venialia confiteri sed per
statutum ecclesie quando non habet alia
que confiteatur vel sic dicta secundum
quorundam quod de virtuali precepto

non obligantur nisi illi qui habent pec-
cata mortalia quod patet ex hoc quod dicit quod
debet omnia peccata confiteri quod de ve-
nialibus intelligi non potest quia nullus
omnia confiteri potest et secundum hoc ille
qui non habet mortalia non tenetur
ad confessionem venialium sed suffi-
cit ad preceptum ecclesie implendum
ut se sacerdoti representet et se ostendat
absque conscientia mortalis esse et hoc
ei pro confessione reputatur.

Ad quartum sic proceditur videtur
quod aliquis licite possit confiteri
peccatum quod non habet quia ut dicit Gregorius
bonarum mentium est ibi culpam ag-
noscere ubi culpa non est ergo
ad bonam mentem pertinet ut de il-
lis culpis se accuset quas non com-
misit. Item aliquis per humilitatem
reputet se deteriorem aliquo qui
est manifeste peccator et in hoc com-
mendandus sed quod corde quis ex-
istimat licet ore confiteri ergo
licite potest confiteri se habere graviora
peccata quam habet. Item aliquis aliquando
dubitat de peccato aliquo utrum sit mor-
tale vel veniale et talis debet
de illo ut videtur confiteri ut
de mortali ergo aliquis debet aliquando
confiteri peccatum quod non habet. Item satisfac-
tio ex confessione oritur sed ali-
quis potest satisfacere de peccato quod non
commisit ergo etiam potest confiteri pec-
catum quod non fecit. Sed contra quicumque
dicit se fecisse quod non fecit menti-
tur sed nullus in confessione menti-
ri debet cum omne mendacium sit peccatum
ergo nullus debet confiteri peccatum quod non
fecit. Item in iudicio exteriori non
debet alicui crimen impingi quod non
potest per testes idoneos probari
sed testis in foro penitentie est conscientia
ergo aliquis non debet se accusare
de peccato quod conscientia non habet. Solutio dicendum quod
per confessionem debent penitentes se con-
fessori suo manifestare

qui alius sacerdoti de se loquitur
quasi sua conscientia dicat sine tamen
sive invenit non sit sacerdoti omnia
reseruat sed magis occultat et ideo
requiritur integra confessio sed ad
hoc quod sit integra requiritur
quod de corde conteratur ut sicut dicit
os accuset quod quando tamen aliquis
ergo de quo ignorat culpam ubi
non est potest esse dicitur bonos in-
telligat quantum ad habitum actus
et sic non est bonum non enim ad beati-
tudinem pertinet sed ad deviantes
ut si actum aliquem commisisse cogno-
scat quem non commisit alio modo
quantum ad conditionem actus et sic
bonum est quod sic dicit quia iustus
in actu qui de se bonus videtur
formidat ne aliquis defectus
ex parte sua fuit et sic dicitur Job ix
Verebar omnia opera mea et ideo ad
beatam mentem pertinet ut hanc
formidinem quidem corde teneat
lingua accuset et peccatum etiam pro
soluto ad sciendum quod iustus qui est
de quibus non reputat se reatum
habere quantum ad perpetrationem actus
qui sit peior cognitione sed quietis
timet ne aliquis que bene agere videtur
precipitanter contempnat Ad
[illegible] quod quando aliquis dubitat de
aliquo peccato an sit mortale tenetur
illud confiteri dubitatione
manente quia quando quis committit
vel obmittit aliquod dubitat esse
mortale peccatum peccat mortaliter
discrimini se committens et simili-
ter periculo se committit qui differt
quod dubitat esse mortale negligit
confiteri non debet asserere illud mor-
tale esse sed cum dubitatione loqui
et iudicium sacerdotis expectare cuius
est discernere inter lepram et lepram Ad
quartum dicendum quod dico quod ille sacer-
dotis [illegible] peccato quod non commisit non
mentiri [illegible] sicut ad quis
confitetur peccatum quod non credit se fecisse
si non mentitur et ideo non peccat

sed eo modo dicat sicut est in
conscientia sua

Ad quintum sic proceditur videtur
quod statim teneatur homo confiteri dicit
enim Hugo de sancto Victore Si nec
necessitas non est que pretenditur
contemptus non excusat sed quilibet
tenetur vitare contemptum ergo quilibet
tenetur statim confiteri quam potest
Preterea quilibet tenetur plus facere ad vitan-
dum morbum spiritualem quam ad
evadendum morbum corporalem sed
aliquis infirmus corporaliter non
sine detrimento salutis medicum re-
quirere tardat ergo videtur quod non pos-
sit esse sine detrimento salutis quod ali-
quis sacerdotis copiam habens
non statim de peccato confiteatur
Preterea illud quod sine termino debetur statim
debetur sed homo deo debet confessionem
confessionem et eucharistie preparare
sed aliquis non peccat si non statim
percipiat eucharistiam dicta ratione
si non confitetur Preterea qui totum illud
amittit adeo per receptos tenetur
peccat mortaliter si ergo aliquis
non statim confiteatur quando habet copiam
sacerdotis si ad statim confitendum
tenetur peccat mortaliter et eadem
ratione in alio tempore et sic deinceps
et ita multa peccata mortalia homo
incurret propter unam dilationem
quod videtur inconveniens Sed contra
quod ad propositum confitendi sit sufficiens
contritioni nec tamen aliquis ad
hoc propositum quilibet ad confitendum
tenetur sed quando peccata memo-
rie occurrunt ad periculum imperi-
culo mortis constat aut de aliquo
articulo in quo sine peccati remis-
sione spectat ad peccatum incurre-
re sicut ad tenetur ad celebrandum
si desit copia sacerdotis saltem con-
fiteri tamen de hoc propositum con-
fitendi sed ad confessionem actualem
statim non obligatur aliquis sed
suo modo peccatis sed quando ad

aliquis tenet' quo non sit sine peccato
facit non confessus tunc confiteri
tenet' sicut si debeat suscipere sacra
menta que nullus cum peccato
mortale nisi confessus accedere
debet copia sacerdotis oblata et ne
cessitate non urgente & nec
tenetur obligat' quia ecclesia omnes
obligat semel in anno confiteri
quia instituit ut semel in anno
ad minus omnes sacram quando
attigerint & ideo ante tempus illud
omnes confiteri tenet' Alias o
obligaret' aliqui a confessione
ipsum & sic nec esset eadem ratio
de confessione & baptismo differentia
quia utrumque est sacramentum neces
sitatis ad baptismum ante perficiendum
non tenet' aliquis statim postquam
habet potestatem baptismi ita quod peccaret mor
taliter nisi statim baptizaret' nec
est aliquod tempus determinatum ultra
quod si baptismum differat peccatum mortale
sed potest contingere quod in dilacione
baptismi est peccatum vel non & et est
peccatum est occasio dilacionis
quia sicut dicit philosophus primo physicorum
voluntas non retardat effectum
opus voluntatis nisi propter aliquam cau
sam ... si causa dilacio
nis baptismi mortale peccatum ...
... habeat utpote si propter con
temptum vel aliquod ... baptismum
differat dilacio erit peccatum mor
tale vel non & ideo idem uidetur
esse in confessione que non est
minoris necessitatis quam baptismus
& quia ea que sunt de iure di
uino tenet' homo in statu vita
imple ideo si periculum mortis immi
neat etiam ex predictis obligat
aliquis ad confessionem faciendam
sicut ad baptismum suscipiendum &
propter hoc Jacobus sicut preceptum dedit
de confessione facienda & ... orat
...ione perficiendi & ideo
uidetur probabilis illorum
opinio qui dicunt quod non tenetur
homo ad statim confitendum quamuis
periculosum sit differre Alii dicunt quod
tenetur contritus ad statim confiten
dum debita oportunitate oblata
secundum rectam racionem nec obstat quod de
cretalis terminum prefigat ut semel
in anno confiteatur quia ecclesia non
monet dilacionem sed prohibet ne
gligenciam in maiori dilacione
unde per decretalem illam non excu
satur a culpa dilacionis quamuis
ad forum ecclesie sed occupatus ... in
quantum ad forum ecclesie non ...
debita sepultura si morte ...
fuit ante tempus id sed hec non
uidetur dicendum quia precepta affirma
tiua non obligant ad statim sed ad tempus
determinatum non quia de ... quod tunc
commode impleri possunt quia tunc si
non dicit aliquis elemosinam de super
fluo quantum pauperes in ... videret
peccatum mortale quod falsum est sed aliud
quod tempus necessitatis urgentis ...
... et ideo non oportet quod si statim oblata
oportunitate non confiteatur etiam si
maior oportunitas non expectet
aliquis peccet mortaliter sed quando
in articulo temporis necessitatis
confessionis inducit necesse
est ... ecclesie quod non te
netur ad statim sed ... in ...
... affirmatiuum ... ante ... ec
clesie statutum etiam ... de
... dicunt quod religiosi
... non tenentur ad quadragesimale
tempus confiteri quod est ... ...
... tempus sed religiosi tenentur
ad statim quia toto tempore est ...
principium sed hoc non est quod reli
giosi non tenent' ad aliud quam alii
homines nisi ad que ... se
obligauerint ad primum ergo dicendum quod ...
... loquitur de illis qui sine sacramento
... ad secundum dicendum quod non est
... salutis corporalis quod statim
medicum querat nisi quando ...
... et similiter ad

morbum spiritualem. Ad 3m dicendum quod virtute
ad rem alienam inuito domino tollendam
quia precepta negativa non obligant
semper et ad semper et ideo tenetur
statim restituendo. Preceptum autem de
impletione precepti affirmativi quod ob-
ligat semper et non ad semper. Unde non te-
netur quis ad statim implendum.

[A]d sextum sic proceditur. Videtur
quod possit cum aliquo dispensari
ne confiteatur. Homo peccata precepta
eorum que sunt iuris positivi non
subiacent dispensationi prelatorum
ecclesie. Sed confessio est huiusmodi ut
ex dictis patet. Ergo potest dispensari
cum aliquo ut non confiteatur.
Item id quod ab homine institutum est potest
etiam ab homine dispensari. Utrumque
sed confessio non legitur a deo institu-
ta sed ab homine. Jacobi v Confi-
temini alterutrum peccata vestra. Habet autem
papa potestatem dispensandi in hiis
que per apostolos instituta sunt sicut
patet de bigamis. Ergo etiam potest cum
aliquo dispensare ne confiteatur.

Sed contra penitentia cuius pars est confessio
est sacramentum necessitatis sicut baptismus.
Cum ergo in baptismo nullus dispen-
sari possit nec in confessione aliquis
dispensare poterit. Ad primum dicendum quod ministri
ecclesie instituuntur in ecclesia divinitus
fundata et ideo institutio ecclesie pre-
supponitur ad operationem ministrorum sicut
opus creationis presupponitur ad
opus nature. Et quia ecclesia fundatur
in fide et sacramentis, ideo ad ministros
ecclesie nec novos articulos fidei edere
aut editos removere aut nova
sacramenta instituere aut instituta
removere non pertinet sed hoc est
potestatis excellentie que soli debetur
Christo qui est ecclesie fundamentum. Et
ideo sicut papa non potest dispensare ut
aliquis sine baptismo salvetur ita quod
nec salvetur sine confessione
secundum quod obligat tempore sacramenti.
Sed potest dispensare de confessione se-
cundum quod obligat tempore sacramenti. Sed
potest dispensare in confessione secundum
quod obligat de precepto ecclesie ut pos-
sit aliquis diutius confessionem dif-
ferre quam ab ecclesia institutum sit.
Ad secundum ergo dicendum quod precepta divini
iuris non minus obligant quam precep-
ta iuris naturalis. Unde sicut non potest
dispensari in iure naturali
ita nec in iure positivo divino.
Ad 2m dicendum quod preceptum de confessione
non est ab homine primo institutum
quamvis sit a Jacobo promulgatum
sed a deo institutum. Habuit quamvis
expressa ipsius institutio non le-
gatur tamen quedam prefiguratio ipsius
invenitur et in hoc quod Johanni confi-
tebantur peccata qui baptismo ipsius
accedebant et quod Dominus ... et misit
quod Dominus sacerdotibus leprosos transmi-
sit qui quamvis non essent novi
testamenti sacerdotes tamen in eis no-
vi sacerdotium signabatur.

## Deinde consideran-
## dum est de quidditate

confessionis et circa hoc queruntur
... primo utrum Augustinus convenienter
diffiniat confessionem. Secundo utrum confes-
sio sit actus virtutis. Tertio utrum confes-
sio sit actus penitentie virtutis.

[A]d primum sic proceditur. Videtur
quod Augustinus inconvenienter confessionem
diffiniat dicens. Confessio est per
quam morbus latens spe venie
aperitur. Morbus enim contra quem con-
fessio ordinatur peccatum est. Sed peccatum
aliquando est apertum. Ergo non debuit
dici morbum latentem esse. Item
confessio est medicina. Item principium
penitentie est timor. Sed confessio est
pars penitentie. Ergo non debuit spes
confessionis poni causa sed
magis timor. Item illud quod sub sigil-
lo ponitur non aperitur sed magis
clauditur. Sed peccatum quod quis confitetur
sub sigillo confessionis ponitur.
Ergo non aperitur in confessione.

peccatum sed magis declaratur. Sed intel-
ligunt alie quedam diffinitiones
ubi ista differentia. Augustinus enim dicit
quod confessio est peccatorum detestatio et
vulneris velatio et medela. Beda dicit
quod confessio est coram sacerdote legiti-
ma peccatorum declaratio. Remigius au-
tem dicit sic: Confessio est sacramentalis
delinquentis accusatio et revelatio
complacens ecclesie satisfactoria ob-
ligans ad sacramentum penitentie in
[illegible] ergo videtur quod predicta assignata
diffinitio ad non [illegible] quia
[illegible] continet insufficientiam [illegible].
Quod dicitur quod in actu confessionis plura re-
quiruntur occurrunt primo ipsa [illegible]
actus sive genus eius quod est manife-
statio quedam, secundo [illegible] sit [illegible]
tatio quod cum fiat sacerdoti [illegible] cau-
sa eius, sed ipse tenetur [illegible] effectus
sed absolutio a pena et obligatio
ad aliam penam persolvendam. Sic
ergo diffinitio Augustini et [illegible]
[illegible] actus [illegible] et [illegible] sit
confessio cum dicitur morbi latentis
et [illegible] et in aliis dif-
finitionibus tanguntur aliqua de illis
vel assignatur ut cuilibet [illegible]
[illegible] ergo dicendum quod quamvis sacer-
dos aliquando sciat peccatum ut deus
non tamen scit ut confessionis vicarius. Se-
cundum modo aliquid scit. Ideo ut deus
quod nescit ut modo et quia ad hoc
quod confessionem [illegible] aliquid
scit aliquis ut homo quod nescit
ut modo vel dicendum quod quamvis actus
[illegible] sit actus tamen ma-
ior qui principalior est in occultis
et ideo oportet quod confessionem [illegible]
[illegible] dicendum quod confessio presupponit
caritatem qua aliquis nimium
iam constitit ut in libro dicitur.
Contritio autem est magna [illegible]
caritas minor autem similis qui
est sine ipsa est similis ad caritatem
sed [illegible] caritatem magis movet
ipse qua de caritate et ideo in
confessione ponitur potius quam

[illegible] ad tertium dicendum quod peccatum in qualibet
confessione aperitur sacerdoti et clau-
ditur aliis confessionis sigillo. Ad
quartum dicendum quod non oportet in qualibet diffi-
nitione omnia tangere que ad rem
diffinitam concurrunt et ideo inve-
niuntur quedam diffinitiones sive
assignationes date per unam [illegible]
causam quedam per aliam.

Secundum sic proceditur. Videtur
quod confessio sit actus virtutis. Om-
nis actus virtutis est de iure natura-
li quia ad virtutes apti sumus a
natura ut philosophus dicit in secundo ethicorum.
Sed confessio non est de iure natu-
rali ergo non est actus virtutis. Preterea
actus virtutis magis conveniunt
innocenti quam ei qui peccavit. Sed
confessio peccati de qua loquimur non
potest innocenti convenire ergo non
est actus virtutis. Preterea gratia que est
sacramenti aliquo modo differt a gratia que
est in virtutibus et donis. Sed confes-
sio est pars sacramenti ergo non est
actus virtutis. Sed contra precepta
legis sunt de actibus virtutum. Sed
confessio cadit sub precepto ergo
est actus virtutis. Preterea non meremur nisi
actibus virtutum sed confessio est
meritoria quia celum aperit ut in
libro magister dicit. Ergo videtur quod sit
actus virtutis. Respondeo dicendum quod ad hoc quod
aliquid dicatur actus virtutis ut prius
dictum est sufficit quod in sua ratione
aliquam conditionem implicet que ad
virtutem pertineat. Quamvis autem non omnia
que ad virtutem requiruntur importet
confessio tamen importat de suo nomine
manifestationem eius quod in conscientia
tenet. Ideo sic eum [illegible] et lingua os
et cor conveniunt. Sed cum aliquis
dicit per [illegible] ore quod corde non tene-
at non confessio sed fictio dicitur. Hec autem
conditio ad virtutem pertinet ut aliquis
ore confiteatur quod corde tenet. Et
ideo confessio est bonum ex genere et
est actus virtutis. Sed tamen potest male
fieri nisi aliis debitis circumstantiis

reparatur. Dicendum ergo quod ad
confessionem nisi inclinet aliquis facienda
ut tres et ... inclinat
nos naturalis et secundum hoc confessio est
de iure naturali sed determinatio cir-
cumstantiarum quid et quando et quibus confi-
tendum competit et cum hoc est constitu-
tione iuris divini in confessione de
qua loquimur et sic patet quod ius naturale
nos inclinat ad confessionem mediate
iure divino quo circumstantie determi-
nantur sicut etiam in omnibus est que
sunt de iure positivo. Ad secundum
dicendum quod illius virtutis cuius obiectum est
peccatum commissum ... habitus potest
... tamen actum non habet
materiam permanentem et ideo cum
confessio peccatorum de qua nunc loquimur non
competit innocentie ... sit actus
virtutis. Ad tertium dicendum quod ... gratia sacra-
mentorum et gratia virtutum sit alia et alia
non tamen sunt contrarie sed disparata
et ideo non est inconveniens ut idem sit actus
virtutis secundum quod ... gratia informata
procedit et sit sacramentum vel pars sa-
cramenti secundum quod est medicina in re-
medium peccati ordinata.

Dicendum. Sic proceditur. Videtur quod confes-
sio non sit actus penitentie virtutis. Quia
actus illius virtutis est que est causa
eius sed causa confessionis est spes venie
ut per diffinitionem inductam appa-
ret ergo videtur quod sit actus spei et non
penitentie. Preterea verecundia est pars temperan-
tie sed confessio verecundiam operatur
ut per predictam diffinitionem apparet.
Ergo est actus temperantie et non pe-
nitentie. Preterea actus penitentie innititur
divine misericordie sed confessio magis innititur
sapientie Christi propter veritatem quam in ipsa conside-
rat. Ergo non est actus penitentie. Preterea ad
penitentiam movet articulus de iudicio
Christi et timorem qui penitentie ... est
sed confessionem movet articulus de vita
eterna quia est Christi spem venie. Ergo
non est actus penitentie. Preterea dominatur (?) virtu-
tis pertinet ut ostendat se quis talem
qualis est sed hoc facit confitens. Ergo
est actus virtutis que dicitur veritas et

non penitentie. Preterea penitentia ordinatur
ad destructionem peccati sed confessio
ordinatur. Confessio ergo est actus
penitentie. Respondeo dicendum quod sic in virtutibus
considerandum est quod quando super obiectum speciale
adduntur specialis ratio boni et difficultatis
requiritur specialis virtus sed magnus
sumptus ad magnificentiam pertinet communis
quem minor sumptus mediocres et
donationes pertinent ad liberali-
tatem ut patet in ethicorum et
est in confessione vel quecumque penitentie
adiunctam virtutem pertinet ab-
solute tamen secundum quod aliqua ratio boni
addit ad aliam virtutem pertinere
incipit et ideo dicit philosophus in ethicorum
quod confessio que fit in iudiciis non
pertinet ad virtutem veritatem sed
magis ad iustitiam et similiter
confessio laudis dei in laudem dei
non pertinet ad virtutem veri-
tatis sed ad virtutem latrie et ita
etiam confessio peccatorum ad remissionem
eorum consequendam ... non
pertinet ad virtutem veritatis ut quidam
dicunt sed ad virtutem penitentie impa-
tiens aliis adiunctis virtutibus per-
tinet secundum quod in primo motu
virtutis transit per ad confessionis
actus. Ad primum ergo dicendum quod spes est
confessionis causa non sicut eli-
ciens sed sicut imperans. Ad secundum
dicendum quod verecundia in illa diffini-
tione non ponitur quasi causa con-
fessionis tamen magis natura sit im-
pedire confessionis actus sed magis
quasi ad liberationem a pena in
quantum ipsa verecundia pena
quedam est sicut fit etiam clavi-
bus ecclesie. Ad hoc pertinet. Ad tertium dicendum quod
secundum quamdam adaptationem parte
penitentie tribus attributis proprietatibus
adaptatur penitentie ut contritio misericordie
vel bonitati videlicet per dolorem
de malo confessio sapientie per manife-
stationem satisfactio potentie per
satisfaciendi laborem et quia
contritio est prima pars penitentie

et efficaciam aliis partibus penitentie ideo
ergo merito medicaliter dicta prima
sicut de contritione dicebatur
dico quod quia confessio magis proprie pro-
cedit quam contritione ideo magis
inter articulos dicitur etiam quamvis
respiciat spem quam articulus dicendi
que respiciat timorem communis pena
venie contritionis corpus se habet
dolor pro solutio addictis

## Etiam considerandum est de ministro

confessionis circa quod queruntur tria primo
utrum necessarium sit confiteri
sacerdoti secundo utrum in aliquo casu li-
ceat alicui quam sacerdotibus con-
fiteri tertio utrum extra tempus ne-
cessitatis possit aliquis non sacer-
dos confessionem venialium audire. De-
inde utrum sit necessarium quod quis
confiteatur proprio sacerdoti deinde utrum
possit aliquis alteri quam proprio sa-
cerdoti confiteri ex privilegio vel
mandato superioris. quinto utrum pe-
nitens in extremo vite sue pos-
sit absolvi a quolibet sacerdote. sexto
utrum pena temporalis taxari debe-
at secundum quantitatem culpe.

Primum sic proceditur videtur
quod non sit necessarium sacerdoti
confiteri ad confessionem cum non
obligamur nisi ex divina institutione
sed divina institutio nobis proponitur
Jacobi v. Confitemini alterutrum peccata
tota via ubi non fit mentio de
sacerdote ergo non oportet confiteri
sacerdoti. Preterea penitentia necessitatis est sa-
cramentum sicut et baptismus sed in
baptismo propter necessitatem sacramenti est
minister quilibet homo ergo et penitentie
pro ministro etiam facienda est
confessio ergo sufficit cuilibet confi-
teri. Preterea confessio idcirco est ne-
cessaria ut taxetur penitenti
satisfactionis modus sed aliquis
alius non sacerdos discretius posset
penitenti dare satisfactionis modum
quam multi sacerdotes. ergo non est
necessarium quod confessio fiat sacerdoti.
Preterea confessio ideo est ordinata in
ecclesia ut rectores proprias oves
agnoscant. Sed quandoque est rector ple-
bis non est sacerdos. ergo confessio
non semper facienda est sacerdoti.
Sed contra absolutionem premittit confessio
quia fit confessio non fit nisi a sacer-
dotibus quibus claves commisse sunt
ergo confessio debet fieri sacerdoti. Preterea confes-
sio figuratur in Lazari mortui re-
suscitatione sed dominus solis discipulis
precepit ut solverent Lazarum ut Jo-
hannis xi. ergo sacerdotibus facienda est
confessio. Respondeo dicendum quod gratia que in sacramentis
datur a capite in membra descendit
et ideo solus minister est sacramentorum
in quo gratia datur qui habet mini-
sterium super corpus Christi verum
quod solus sacerdos est qui conse-
crare eucharistiam potest et ideo cum
in sacramento penitentie gratia conferatur
solus sacerdos minister est huius sacramenti
et ideo et soli facienda est sacramentalis
confessio que ministro fieri debet.
Ad primum ergo dicendum quod Jacobus loquitur ex presup-
positione divine institutionis et quia
divina institutio precesserat de con-
fessione sacerdotibus facienda presertim
quod eis potestatem remittendi peccata in
apostolis dedit ut patet Jo. xx. Jo. in-
telligendum est quod ut sacerdotibus
confitendum eis faciendum monuit.
Ad secundum dicendum quod baptismus est magis sacramentum
necessitatis quam penitentia quo ad con-
fessionem et absolutionem quia quandoque
baptismus pretermitti non potest sine peri-
culo salutis eterne ut patet in pueris
qui non habent usum rationis sed non
est ita de confessione et absolutione
que tantum ad adultos pertinet in
quibus contritio cum proposito confitendi
et desiderio absolutionis sufficit
ad liberandum a morte eterna et ideo
non est simile de baptismo et confes-
sione. Ad tertium dicendum quod in satisfactione
non solum attendendum est quantitas

penes sed etiam alius eius secundum quod
est per sacramentum et sic requirit sa-
cramentalis dispensationem quamvis etiam
ab aliis etiam a sacerdote quantitates
pene taxari possit. Secundum dico
quod cognoscere morbum peccatoris non solum
sic necessarium esse primo quod conver-
tentur greges Christi et sic cognos-
cere morbum peccatoris pertinet ad curam
et sollicitudinem pastoralem quod
incumbit quibus illis qui non sunt sa-
cerdotes sed adhuc quod providebatur
ei congruum medicamentum salutis
et sic cognoscere morbum peccatoris competit
alicui cuius est medicamentum salu-
tis post sacramento subministrare et alia
pertinere ad sacerdotem et ad cuius co-
gnitionem peccatoris confessio ordinatur.

Tertium sic probatur. Videlicet quod in
nullo casu liceat alicui quam
sacerdotibus confiteri quia confessio sacra-
mentalis dicta est ut supra in prima po-
sita diffinitione habetur sed dispen-
satio sacramenti ad illum pertinet
qui est sacerdos minister eius. Ergo sa-
cramenti minister proprie sit sacerdos unde
quod nulli alii sit confessio facienda.
Praeterea confessio in medicorum medico ad quem
ordinatur sed sententia morbo eo
tempore non ... medice laica non
est et ideo non facienda est confessio
nisi medico sed medicus morbo eo
tempore non est nisi sacerdos qui habet
potestatem ligandi et solvendi. Ergo
non est confessio alii facienda. Praeterea in
baptismo aliquis potest baptizare quia
si baptizat laicus qui absque ne-
cessitate non debet a sacerdote baptizari
iterari. Sed si aliquis confiteatur lai-
co in casu necessitatis non tenetur
sacerdoti confiteri si ... necessitas
cessabat. Ergo confessio sacerdoti non
sicut laico in casu necessitatis.
Contrarium est quod in libro de vera et falsa penitentia dicitur
quod sicut baptismus est sacramentum ne-
cessitatis ita et penitentia baptismus autem
quia est sacramentum necessitatis duplicem
habet ministrum unum cum ... ex officio

baptizare incumbit scilicet sacerdotem aliud
cum urget necessitas dispensatio
baptismi committitur et ita etiam minister
penitentie cum confessio est facienda est sa-
cerdos sed in necessitate etiam laicus vicem
sacerdotis supplet ut ei confiteri possit.
Ad primum ergo dicendum quod in sacramentis quibus
non solum confert aliquis ex parte ministri
scilicet absolutionem et satisfactionis iniunctionem
sed etiam aliquid ex parte ipsius qui
suscipit sacramentum quod de etiam de es-
sentia sacramenti sicut contritio et
confessio. Satisfactio autem iam in-
cipit esse a ministro in quantum eam in-
iungit et a penitente in quantum eam
implet et ad plenitudinem sacramenti utrumque
debet concurrere quando possibile est. Sed quando
necessitas imminet debet facere penitens
quod ex parte sua est scilicet conteri et confite-
ri cui potest qui quamvis sacramentum
perficere non possit ut faciat hoc quod ex
parte sacerdotis est absolutionem scilicet tamen de-
fectum sacerdotis summus sacerdos supplet.
Nihilominus confessio laico ex defectu
sacerdotis facta sacramentalis est quodam-
modo quamvis non sit sacramentum
perfectum quia deest ei illud quod ex
parte sacerdotis est. Ad secundum dicendum quod quamvis
laicus non sit iudex eius qui ei
confitetur absolute tamen ratione ne-
cessitatis accipit iudicium super eum
secundum quod confitens ex desiderio sacerdo-
tis se ei subdit. Ad tertium dicendum quod per
sacramenta homo non solum deo sed
ecclesie debet quod reconciliari. Ecclesiae
reconciliari non potest nisi satisfactio
eo adesse pervenerit quia baptismus autem
satisfactio ecclesie ad hominem pervenit
prius alium potius ad sibimet quod
de iure facienda secundum formam ecclesie
aquo ... et ideo quamvis semel bap-
tismus est aquo ... non debet quod iterum
baptizetur sed in primo ecclesie sa-
tisfactio non pervenit ad hominem
nisi pervenisset quia non est in aliquo
aliquo corporale potius ad sibi...
tum quod ex sanctificatione dumtaxat nisi ...

gratiam conferat et ideo sicut ille qui laycis confessus in articulo necessitatis consecutus fuit beneficium absolutionis eo quod propositum confitendi quod secundum mandatum dei precepit sicut potuit implevit non tamen aliquo ecclesie reconciliatus est ut absque tunc ecclesie admitti debeat nisi prius a sacerdote absolvatur sicut et qui baptismo flaminis baptizatus ad eucharistiam non admittitur et ideo oportet quod iterum confiteatur sacerdoti cum copiam habere potuerit et precipue quia sacramentum penitentie perfectum non fuit unde oportet quod perficiatur ut recipiat perfectionem sacramenti perceptione sacramenti plenum effectum consequatur et ut medicina debita sacramenti recepti impleat

Decimo sit processus. Videtur quod extra casum necessitatis non possit aliquis sacerdos confessionem venialium audire quia sacramentum [illegible] quod committit laycis dispensationem necessitatis sed confessio venialium non est de necessitate ergo non committitur laycis sicut venialia ordinatur oratio dominica benedictio [illegible] et prima sed illa non potest dare laycis ut patet in littera contra ergo nec confessio venialium per eos. Sed contra est quod dicit Beda in littera quod coequalibus peccata venialia [illegible] nec [illegible] nec [illegible] ecclesie [illegible] et ideo non indigat nova gratie collatione ad eius dimissionem neque indiget reconciliari ecclesie et ideo [illegible] non oportet quod venialia de sacerdoti confiteantur quia ipsa confessio laycis facta est sacramentale [illegible] non sit sacramentum perfectum et procedit ex caritate [illegible] et talibus natum est veniale remitti sicut [illegible] percussio pectoris et aqua benedicta et propter hoc solutio ad primum quia venialia non indiget sacramenti perceptione ad dimissionem fuit sed sufficit ibi aliquid sacramentale ut aqua benedicta et alia huiusmodi. Ad 2 dicendum quod oratio dominica [illegible] non [illegible] dimittit veniale [illegible]

Quarto sit processus. Videtur quod non sit licitum quod quis confiteatur proprio sacerdoti [illegible] dicit [illegible] et [illegible] officiis [illegible] constitutum est quod sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus liceat predicare baptizare communicare [illegible] pro peccatoribus orare penitentiam imponere atque peccata solvere sed monachi non sunt proprii sacerdotes alicuius cum non habeant curam animarum ergo cum confessio fiat pro absolutione sufficit quod fiat cuilibet sacerdoti. Preterea sacerdos est minister huius sacramenti ita et huius eucharistie sed quilibet sacerdos potest conficere ergo quilibet potest sacramentum penitentie ministrare ergo non oportet quod fiat proprio sacerdoti. Preterea [illegible] tamen non est in una electione [illegible] sed sacerdos cui confitetur tenendum est in nostra electione [illegible] ut patet per Augustinum in littera dicit enim qui vult confiteri peccata ut inveniat gratiam querat sacerdotem qui sciat solvere et ligare ergo videtur quod non sit necessarium quod sacerdoti proprio confiteatur. Preterea [illegible] quidam sunt ut [illegible] prelati qui non habent proprios sacerdotes cum non habeant superiorem sed isti tenentur ad confessionem ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti. Preterea illud quod institutum est pro caritate contra caritatem non militat ut [illegible] sed confessio que pro caritate est instituta est contra caritatem militaret si homo deteneretur [illegible] cum sacerdoti suo obligatus [illegible] si peccator sciat sacerdotem suum [illegible] aut [illegible]

ad malum aut suggestionem qui ad peccatum quod quis et confitetur sit proximus vel sit revelator est confessionis peccabiliter committat vel si peccatum contra ipsum commissum sit de quo confiteri debet ergo inducitur quod non semper oporteat confiteri proprio sacerdoti. Ad ista dicendum quod est necessarium ad salutem non sunt homines arctandi si non impediat animae salutem sed magis contrarium inducitur si oporteat homini homini confiteri de necessitate et propter multa possent a confessione retrahi vel timore vel verecundia vel aliquo huiusmodi. Ergo ad confessio sit de necessitate salutis non debent homines ad hoc arctari ut videtur quod proprio sacerdoti confiteantur. Sed contra est decretalis 'Omnis utriusque' qui instituit quod omnes utriusque sexus semel in anno proprio sacerdoti confiteantur. Respondeo dicendum quod sicut episcopus ad diocesim suam ita sacerdos ad suam parochiam sed non licet alicui episcopo in diocesi alterius episcopale officium exercere secundum statuta canonum ergo non licet alicui sacerdoti parochianum alterius audire. Ad primum dicendum quod alia sacramenta non consistunt in hoc quod ad sacramentum accedens aliquid agat sed solum ut recipiat sicut patet in baptismo et huiusmodi. Sed actus recipientis requiritur ad percipiendam utilitatem sacramenti in eo qui est sine dolo sed adest constitutus quod removendo prohibentis fictionem. Sed in penitentia actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti eo quod contritio confessio et satisfactio sunt partes penitentiae quae sunt actus penitentis. Actiones autem nostrae cum in nobis principium habeant non possunt nobis ab aliis dispensari nisi per imperium unde oportet quod ille qui dispensator huius sacramenti constituitur sit talis qui possit imperare de agendo unde de-

non competit aliis in aliud imperium habent super eum iurisdictionem et ideo de necessitate huius sacramenti est non solum ut minister habeat ordinem sicut in aliis sacramentis sed etiam quod habeat iurisdictionem et ideo sicut ille qui non est sacerdos non potest sacramentum conficere ita nec ille qui non habet iurisdictionem et propter hoc debet sicut sacerdoti vel proprio sacerdoti confessionem fieri. Cum enim sacerdos non absolvit nisi ligando ad aliquid faciendum ille solus potest absolvere qui potest imperando ad aliquid faciendum ligare. Ad secundum ergo dicendum quod sicut loquitur de illis monachis qui iurisdictionem habent ut potestatem alicuius parochiae. Circa quos est quaestio ex quibus aliqui dicebant quod hoc ipso quod monachi erant poterant absolvere et penitentiam iniungere quod falsum est. Ad tertium dicendum quod sacramentum eucharistiae non requirit imperium alicuius hominis. Secus autem in hoc sacramento ut dictum est et ideo ratio non sequitur et tamen non licet eucharistiam ab alio quam a proprio sacerdote accipere. Quamvis verum sit sacramentum quod ab eo percipitur. Ad quartum dicendum quod electio discreti sacerdotis non est nobis commissa ut nostro arbitrio facienda sed de licentia superiorum si forte proprius sacerdos est minus idoneus ad apponendum peccato salutare remedium. Ad quintum dicendum quod prelatis incumbit sacramenta dispensare quae non nisi mundi tractare debent ideo concessum est eis a iure quod possint sibi eligere proprios sacerdotes confessores qui quantum ad hoc sunt eis superiores sicut etiam unus medicus ab alio curatur non inquantum medicus sed inquantum infirmus. Ad sextum dicendum quod in casibus illis in quibus probabiliter timet penitens periculum sibi vel sacerdoti ex confessione est facta

dz recurrere ad superiorem uel ad
eos petere licenciam alteri confi-
tendi ergo si licenciam habere non possit
idem est iudicium quod de eo qui non
habet copiam sacerdotis. Unde magister
dz Aug. laycis confiteri nec in
hoc transgreditur aliquis precep-
tum ecclesie quia precepta iuris
positiui non se extendunt ultra
intencionem precipientis que est fi-
nis precepti. Si autem est cautus per
aps nec aliqua diuina sit etiam
sacerdoti qui priuilegium habet re-
mittere qui confessi sibi absolui
potestate ad prouinciam in loco quod ergo ipso
sacerdoti confitetur non artatur una sa-
lutis sed sufficiens ad salutem
una sanctus. Peccauit autem sacerdos
si non esset facilis ad petendum licenciam
alteri confitendi quia multi sic adeo
inpudens quod potius sine confessi-
one morerentur quam tali sacer-
doti confiterentur. Unde illi qui
sunt [illegible] solliciti ut confitendo per
confessionem subditorum sciant mul-
tis laqueum damnacionis in-
iectant inimici et per se ipsos sibi
ipsis

Deinde sic procedendo videndum quod non
possit aliquis alteri quam
ipso sacerdoti confiteri etiam ex
priuilegio uel mandato superioris. Et
non potest aliquod priuilegium indul-
gere inpedimentum alicuius sed est
esse inpedimentum alterius sacerdotis
si alicuius confessionem subditi sui
audiat ergo non potest per priuilegium
seu licenciam seu mandatum su-
perioris obtineri quod illius pro-
inpediatur. Quamuis mandatum non
sit priuilegium uel priuilegium alicuius
hominis contendi. Sed mandatum do-
minum est adiutorius [illegible]
diligentius [illegible] agere
sciant [illegible] inpediatur

si alicuius quam ipse confessionem eius
audiat ergo hoc non potest per aliquam
hominis priuilegium uel mandatum
ordinari. Item ille qui audit confessionem
alicuius est iudex eius ergo alios
non posset ad ligare et soluere
Sed unius hominis non possunt esse plures
iudices ipsi sacerdotes uel medietas
quia tunc teneretur pluribus
obedire quod est inpossibile si quidam
preciperent uel in contrarium ergo
non potest aliquis confiteri nisi ipso
sacerdoti etiam ex superiore licencia.
Item iniuriam sacramento facit qui
sacramentum iterat super eandem mate-
riam uel aliquid inutile facit
Sed qui confessus est alii sacerdo-
ti tenetur iterum confiteri ipso sacerdo-
ti si precipiat quia non est absolutus
